Quanq̃ haud aſpernor eorũ imbecillitatẽ, qui mẽtis inopia, (qđ vnũ poſſunt) faciunt, myſticos pſalmos ſimplici puraq́ꝫ fide ꝓnũciãtes. Imo queadmodũ in precaminibꝰ magicis voces quædã, ne ab ijs quidẽ qui eas ꝓnũciant intellectæ, efficaces tamẽ eſſe credunt, ita diuina verba, quanq́ꝫ parũ cognita, tamen prodeſſe credendũ eſt ijs, a quibus ſyncera fide puroq́ꝫ affectu vel dicunt, vel audiuntur. Angeloſq́ꝫ qui adſunt atq́ꝫ intelligũt, ad opem ferendam inuitari Neq́ꝫ vero Paulus contemnit eos, qui ſpiritu pſallũt, vel qui linguis loquunt, ſed ad ſectanda chariſmata meliora hortat. Ad quæ, ſi cui nõ contigit eniti, vicio non animi, ſed naturæ, certe non obſtrepat ijs, qui potiora conantur. Et iuxta Pauli vocem, qui manducat, nõ manducantẽ nõ ſpnat, & qui nõ manducat, mãducãtem nõ iudicet. Te vero qui ĩgenio tã fœlici prędituꝰ es, oĩno nolo in ſterili lr̃a lentũ eẽ, ſed ad recõditiora myſteria feſtiare, et ĩ ꝓbũ conatũ ĩduſtriæ, crebris precibꝰ adiuuare, donec aperiat tibi librũ ſeptẽ ſignaculis obſignatũ, is qui habet clauẽ Dauid, qui claudit, & nemo aperit, arcana patris, quæ nemo nouit niſi filius. & cui voluerit filius reuelare. Sed quo nam noſtra delabit oratio? Propoſitũ erat, vt tibi vitæ, nõ ſtudij formam perſcriberemus. Verum huc defluximus, dum tibi conamur officinã idoneam cõmonſtrare, vñ debeas nouæ militiæ tuæ noua arma petere. Ergo vt ad inſtitutum reuertamur, ſi ex libris gentiliũ optima queq́ꝫ decerpſeris, atq́ꝫ apiculæ exemplo per oẽs veterum hortulos circumuolans, præteritis venenis, ſuccũ modo ſalutarẽ ac generoſũ exſuxeris, animũ tuũ, ad cõmunẽ quidẽ vitã, quã ethicam vocant, reddideris non paulo armatiorẽ, Sunt enĩ profecto & illorũ Palladi ſua quædam arma neutiquã cõtemnenda Chriſti aũt eſſe puta, quicquid vſq́ꝫ veri offenderis. Verũ diuina illa & (vt poetę loquũt) Vulcania panoplia, nullo telo violabilis, nõ niſi ex arcanorũ lr̃arũ armamentario depromit, In quo Dauid noſter ĩperator, vniuerſũ belli apparatũ ſuis militibus repoſuit, qbꝰ cominus æminuſq́ꝫ pugnẽt cũ ꝑputiat Philiſteis. His armis neq́ꝫ Achilles Homericꝰ tectꝰ erat, & ſi fingit, neq́ꝫ Aeneas Virgilianꝰ, quorũ alter

Origenica ſimilitudo.

1. Ad co. 13.

Ad Roma. 14.

Apo. 3.

Apo. 5

Matth 11.

Epilogus de legendis gentilium libris.

Panoplia grece latie dicitur Armatura.

ira, alter amore, tã turpiter vincebat. Neq; abſurde dictũ, qđ
ea non in humanis officinis excudunt, ſed in ea quæ Vulcano
eſt cũ Minerua cõmunis, Nã Mineruã artib⁹ atq; ĩgenijs, Vul Poetæ deorum figuli.
canũ igni pręficiũt deorũ figuli poetę. Id qđ ego tũ demũ vere
fieri exiſtimo, quũ videlicet honeſtis artibus excultũ ingeniũ,
ſic diuini amoris ignis cõmunit, vt etiã ſi fractus illabat orbis, Dauidis contra Goliã pręlium myſticũ
impauidũ feriãt ruinæ. Sed ante ſuperbi Saulis arma reijcias
1. Regũ 17. oportet, quæ magis oneri ſũt q̃ vſui, & cũ Goliad cõgreſſu Arma Saulis
rũ Dauid, grauãt nõ iuuãt, Deinde de ripa torrentis myſticę Quinq; lapilli.
ſcripturę, qnq; colligas lapillulos (q̃ forte qnq; ſũt verba Pau-
1. ad Corin. 14. li, q̃ loquit in ſenſu) poſtremo fundibula dextrã armes. His
demũ armis, pſternit vnicus ille nr̃ hoſtis ſupbiæ pater Satha-
nas quẽ & caput nr̃m Chriſtus Ieſus quomõ tandẽ deuicit?
Matth 4. Nõne quũ tentanti diuinæ ſcripturæ verbis reſpõdet, q̃ſi petit
Sapiẽ. 5. de torrente lapillis frõtẽ inimici pcuſſit? Vis aũt audire Chri
ſtianæ Palladis arma? Et accipiet (inquit) armaturã zelus illi⁹,
et armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ. Induet pro thorace
Eſa. 59. iuſticiã, & accipiet p galea iudiciũ certũ. Sumet ſcutum inex-
pugnabile æquitatẽ, acuet aũt dirã irã in lanceã. Legis & apđ Armaturæ diuinę enumeratio.
Eſaiã, Indut⁹ eſt iuſticia vt lorica, & galea ſalutis ĩ capite eius.
2. ad Corin. 10. Indut⁹ eſt veſtimẽtis vltionis, & optus ẽ quaſi pallio zeli. Iã ſi
libet Pauli nõ ĩſtrenui ducis adire prõptuariũ, nimirũ inuẽies
& illic arma nr̃æ militiæ nõ carnalia, ſed potẽtia deo, ad deſtru
ctionẽ munitionũ, cogitatiões deſtruẽtes, & omnẽ altitudinẽ
ad Epheſius. 6. extollentẽ ſe aduerſus ſcientiã dei, Inuenies armaturã dei, q̃
poſſis reſiſtere ĩ die malo, inuenies arma Iuſticiæ a dextris & a
ſiniſtris, ĩuenies laterũ munimentũ veritatẽ, et loricã Iuſticię,
ſcutũ fidei, ĩ quo poſſis vniuerſa maligni tela ignea extĩguere
Inuenies & galeam ſalutis & gladiũ ſpũs, quod eſt verbum
dei. Quib⁹ oĩbus ſi quis erit diligenter tectus atq; munitus,
is deinde poterit animoſam illam Pauli vocẽ intrepidus emit-
tere. Quis ergo nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio,
an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculũ, an perſecutio,
ad Roma. 8. an gladius? vide quantos hoſtes, q̃ oĩb⁹ formidatos, ipſe p ni
hilo ducat. Sed audi qddã etiã forti⁹, Nã ſeqt, Sed ĩ his oĩbus

ſuperamus, ꝑpter eũ qui dilexit nos. Certus ſum enĩ, qa neq̃ mors, neq̃ vita, neq̃ angeli, neq̃ principat⁹, neq̃ ꝟtutes, neq̃ inſtãtia, neq̃ futura, neq̃ fortitudo, neq̃ altitudo, neq̃ ꝓfundũ, neq̃ creatura alia, poterit nos ſepare a charitate dei, q̃ eſt in Chriſto Ieſu. O fœlicem fiduciã, quã preſtant Paulo. i. puſillo homini arma lucis, qui ſe etiã proiectamẽtũ hui⁹ mũdi appellat. Talis igiť armaturæ vim ſacrę literę tibi ſuppeditabũt, ſi toto pectore in eis ꝟſaberis, ita vt nr̃is monitis nihil ſit opus futurꝫ, Sed qm̃ tu ita vis, ne tibi nõ morigeri fuiſſe videamur, Enchiridion hoc eſt pugiunculũ mõ quendã excudim⁹, quẽ nunq̃ de manu deponas, ne in cõuiuio quidẽ aut ĩ cubiculo, vt etiã ſi qñ cogeris in hui⁹ mũdi negotijs peregrinari, iuſtãq̃ iſtã armaturã grauaberis circũferre, nõ committas tñ. vt vllo momẽto inſidiator ille oppriat te, prſ⁹ exarmatũ, ſaltẽq̃ nõ pigeat hunc gladiolũ tecũ habere, q neq̃ oneroſus erit geſtatu, neq̃ ĩutilis ad tutelã. Eſt enĩ ꝑpuſillus, q̃ tñ ſi adhibita fidei parmula, ſcite vteris, facile ſuſtinebis tumultuariũ hoſtis aſſultũ, ne qđ lethale vuln⁹ accipias. Sed iam tp̃s eſt vtendi, rationem quandã experiamur tradere, quã ſi tu diligenter ad exercitationẽ accõmodabis, fore confido, vt te victorem impator noſter Chriſt⁹ ex hoc præſidio in ſuã ciuitatẽ Hieruſalẽ transferat ouantẽ, vbi nullus oĩno belli tumult⁹, ſed pax ĩmortalis, ac ꝑfecta tranquillitas, quũ interĩ oĩs ſpes ſalutis in ferro ſita ſit

*Parma ſcutũ eſt peditũ hic parmula diminutiuum.*

*1. Ad corin. 4.*

## ¶ Caput eſſe ſapientiæ, vt temetipſum noris, deq̃ duplici ſapientia falſa & vera.

¶ Pax igiť ſummũ illud eſt bonũ, ad quã omnia ſua ſtudia, mũdi quoq̃ amatores referunt, ſed falſam, vt dictũ eſt. Eandẽ & philoſophi ſuorũ dogmatũ ſectatoribus falſo pollicebanť Chriſtus enĩ vn⁹ eam donat, quã mũdus nõ poteſt dare. Ad hanc pueniẽdi vna ratio eſt, ſi cũ nobis ipſis bellum geramus, ſi cũ vitijs noſtris acriter depugnamus. Cũ his enĩ hoſtib⁹ implacabili odio diſſidet de⁹ pax nr̃a, quũ natura ſit ꝟt⁹ ip̃a, virtutũq̃ oĩm parẽs & author. Atq̃ ex oĩm viciorũ genere cõtracta colluuies, a Stoicis fortiſſimis aſſertorib⁹ ꝟtutis, Stulticia vocať, in noſtris literis malitia diciť. Itidẽ vt omnibus ſuis

*Pacis cõmendatio.*

*Joan. 14.*

*Stultitia colluuies viciorum a Chriſtianis maliſcia dicitur.*

Sapiẽ. 7. nũeris abſoluta ꝓbitas, vtriſq; ſapientia noĩatur. Maliciã aũt, nõne iuxta ſapiẽtis oraculũ vincit ſapiẽtia? Malitiæ pater atq; prĩceps eſt rector ille tenebrarũ Belial, cui⁹ ductũ quiſquis ſe quit, in nocte ambulans ad noctẽ properat æternã. Contra ſapiẽtiæ author, atq; ipſa adeo ſapientia Chriſtus Ieſus, qui verũ eſt lumẽ: ſtulticię mũdanæ noctẽ ſolus diſcutiẽs, ſplendor paternæ gloriæ, q nobis in ſe renatis, vti fact⁹ eſt redẽptio atq; iuſtificatio, teſte Paulo, ita factus eſt et ſapientia, Nos ĩquit prædicam⁹ Chriſtũ crucifixũ, Iudeis quidẽ ſcandalũ, gentib⁹ aũt ſtulticiã, ĩpis aũt vocatis Iudæis atq; Græcis Chriſtũ dei virtutẽ, ac dei ſapientiã. Per quã ipſius exẽplo, nos quoq; de hoſte malicia, triũphũ referre queamus, ſi modo in eo ſapuerimus in quo & vincem⁹. Hanc tu cõtẽpta ſęculi ſapiẽtia amplectere, quæ mẽdaciſſimo titulo ſeſe vẽdicat ſtultis, quũ iuxta Paulũ nulla verior ſit ſtulticia apud deũ, q̃ terrena ſapiẽtia, dediſcenda ei, qui vere cupiat ſapere. Si quis videt̃ inquiẽs int̃ vos ſapiẽs eſſe in hoc ſęculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiẽs. Sapientia enĩ hui⁹ mũdi ſtulticia eſt apud deũ. Et Paulo ſuperius. Scriptum eſt enĩ, perdã ſapientiã ſapientiũ, & prudentiã prudẽtiũ reprobabo. Vbi ſapiẽs? vbi ſcriba? vbi inquiſitor hui⁹ ſæculi? Nõne ſtultã fecit deus ſapientiã hui⁹ mundi? Nec dubito quin iã nũc odioſe tibi ob ſtrepãt, ſtulti iſti ſapiẽtes, & cæci cæcoꝝ duces, delirare te, deſipere, inſanire, clamitãtes, quod ad Chriſtũ pares deſciſcere. Hi ſunt nomine dumtaxat Chriſtiani, cæteꝝ doctrinæ Chriſti, tũ irriſores, tũ oppugnatores. Vide ne quid iſtorũ blateramẽta te permoueãt, quorũ miſeranda cœcitas, deploranda potius, q̃ imitanda. Quod eſt enĩ iſtud præpoſterũ ſapiẽtię gen⁹, in reb⁹ nugatorijs nihilq;, imo ad turpitudinem tantũ eſſe catũ et callidum, ĩ ijs vero, quę ſola ad ſalutem noſtram pertinent, non ita multo plus pecude ſapere? Paulus vult nos eſſe ſapientes, ſed in bono, ſimplices aũt in malo Sapiunt iſti, vt inique agant, bene aũt facere neſciũt. Et qum facundus ille poeta Græcus ad nihil vtilem hominem cenſeat, qui neq; ipſe per ſe ſapiat, neq; bene monenti obtemperet, qua tandem in claſſe ponentur iſti, qui quum turpiſſime

Margin notes: I. ad corin. I. — Sapientia huius mundi ſtulta. — I. ad corin. 3. — I. ad corin. I. — Ad Roma. 16. — Heſiodus.

deſipiãt.tñ non deſinunt obturbare, ridere, deterrere eos qui
iã reſipuerũt, Verũ irriſor nonne irridebit? Qui habitat in cœ Pſ. 2.
lis, viciſſim irridebit eos, & dñs ſubſannabit eos, Leges ĩ libro Sapiẽ.
ſapiẽtiæ. Videbunt enĩ, contemnẽt eũ, illos aũt deus irridebit 4.
Ab improbis rideri pœne laudari eſt, certe glorioſũ capitis
noſtri, et Apoſtolorũ, ęmulos fieri. At horrẽdũ ꝑfecto, a deo
irrideri. Ego quoq; inquit ſapientia, in interitu vr̃o ridebo, & Prouer
ſubſannabo quũ vobis id quod timebatis aduenerit, videli- bior. 1.
cet qum ſero iã experrecti dicẽt. Hi ſũt quos aliqñ habuimꝰ
in deriſũ, et in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam Sapiẽ.
illorũ ęſtimabamꝰ inſaniã, & finẽ honorare. Animalis iſta, &, 5.
vt Iacobus ait, diabolica eſt ſapientia, ac deo inimica, cuiꝰ finis Iacobi.
interitus, quippe quã ſemꝑ aſſectat̃ pediſſequa peſtilens arro- 3.
gãtia, arrogãtiã aĩ cœcitas, cœcitatẽ affectuũ tyrãnis, affectuũ
tyrãnidẽ, vniuerſa viciorũ ſeges, et licẽtia q̃duis peccãdi. Licẽ
tiã iſtã ſequit̃ cõſuetudo, cõſuetudinẽ infœliciſſimꝰ animi ſtu-
por, quo fit, vt & mali ſenſu careãt. Stupẽtes mors occupat
corꝑis, quã mors excipit ſecũda. Vides vt ſummi mali mater
eſt mũdi ſapiẽtia. De Chriſti vero ſapiẽtia, quã mũdus ſtulti-
ciã putat, ita legis. Venerũt aũt mihi pariter oĩa bona cũ illa: Sapiẽ.
& innumerabilis honeſtas per manus illius, & lętatus ſum in 7.
oĩbus, quoniã antecedebat me iſta ſapientia, et ignorabã, quo
niã bonorũ omniũ mater eſt. Hæc enĩ modeſtiã, & manſuetu
dinẽ comitẽ ducit. Manſuetudo nos diuini ſpũs reddit capa- Iudit 9
ces. Super humilẽ enĩ et mãſuetũ, gaudet requieſcere. q ſimul
atq; ſepteno illo chriſmate mentẽ noſtrã imbuerit, tum demũ
pullulaſcit fœlix illa ſeges virtutũ omniũ, cũ fructibꝰ illis be
atis, quorũ præcipuus, gaudiũ internũ, gaudiũ arcanũ, gau-
diũ ſolis ijs cognitũ, quibꝰ cõtigit, quod deniq; cũ mũdi gau-
dijs nec euaneſcit, nec aufert̃, ſed cumulat̃ in gaudiũ æternũ.
Eam mi frater, & iuxta Iacobi monita, ardentiſſimis votis Iacobi.
oportet a deo poſtulare, iuxta ſapientem quendam e diui- 1.
næ ſcripturæ venis veluti theſauros effodere. Caput autem Prouer
huius ſapientiæ, eſſe puta, vt temetipſum noris, quod ver- bior. 2.
bi, e cœlo profectum credidit antiquitas, & magnis authori-

Sapiẽtiæ mũdi huius vniuerſi mali mater eſt.

Sapientiæ Chriſti cum mundana differentia.

Sapientia Chriſti vnde comparetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0034-1

bus vſq; adeo placuit, vt in eo omnē ſapientiæ vim, ſummatim cōtineri iudicauerint. Sed leue pondus huius dogmatis, apud nos ſit, niſi congruit cum literis noſtris. Minatur ſponſæ ſuæ myſticus ille amator in Canticis, ac foras abire iubet, niſi ſemet cognorit; Si ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum. Proinde ne quiuis ſibi temere rem tantam arroget, vt ipſi ſibi ſatis ſit cognitus. Corpus ſuum haud ſcio, an quiſquam plenum norit, & mentis habitum cognoſcet quilibet? Paulus, cui contigerat, vel tertij cœli myſteria diſcere, ſemetipſum tamen non audet iudicare, auſurus vtiq;, ſibi ſat eſſet notus. Si homo tam ſpiritalis, qui omnia diiudicat, iudicandꝰ a nemine, ſibi adhuc parum perſpicuus erat, nos carnales quid confidimus? Porro miles nimis inutilis videatur, cui neq; ſuæ copiæ, neq; hoſtiū cohortes ſatis habeantur cognitæ. At homini nō cū homine, verū ſecū ipſi bellum eſt, atq; adeo ex ipſis viſceribus hoſtilis acies nobis vltro ſuppullulat, quēadmodū de terrigenis fratribus poetæ fabulanť. Vſq; adeo aūt tenui diſcrimine, ab hoſte diſtat amicus, vt ingens periculū ſit, ne parum cauti, vel inimicum pro amico tueamur, vel amicum pro hoſte lędamus. Hęret etiā in angelo lucis, dux ille egregius. Noſter es inquiens aduerſariorū? Ergo quoniā tecū ipſe bellum ſuſcepiſti, & in hoc prima victoriæ ſpes ſita eſt, ſi tute tibi ſis q̄maxime cognitꝰ. ſimulachrum quoddam tui tibi velut in tabula proponam, vt quid intus, quid in cute ſis, plane pernoſcas.

*Sapientiæ caput ſeipſum noſſe.*

*Can. I.*

*2. Corintheo 12. 1. ad corin. 4.*

*2. ad corin. 11.*

### De homine exteriore & interiore.

e Si igitur homo prodigioſum quoddā animal, ex duabus, tribuſue partibus multo diuerſiſſimis compactum, ex anima, veluti numine quodā, & corpore, tanq̄ muta pecude. Si quidē corpe vſq; adeo reliquo brutorum generi non p̄ſtamus, vt oībus eius dotibus inueniamur inferiores. Secūdū aniam vero, adeo diuinitatis ſumus capaces, vt ipſas etiam angelicas mentes liceat præteruolare, & vnū cū deo fieri. Si tibi corpus additum nō fuiſſet, numē eras, ſi mēs iſta nō fuiſſet indita, pecus eras. Has duas naturas tam inter ſe diuer-

*Hominis diffinitio.*

ſas,ſummus ille opifex fœlici cõcordia colligarat,at ſerpẽs pa
cis inimic⁹,infœlici rurſus diſcordia diſſecuit,vt iã neq; dirimi
queãt,ſine maximo cruciatu,neq; cõiũcti viuere,ſine aſſiduo
bello,planeq;(quod dici ſolet) vtrũq; in altero aurib⁹ lupũ te
net,poſſetq; mutuo cõpetere, ꝙ ſicul⁹ ille lepidiſſim⁹, nec tecũ
poſſum viuere,nec ſine te, Adeo ꝑplexa ſeditiõe inter ſeſe tu-
multuant̃,veluti diuerſa,quæ vnũ ſunt. Corpus enĩ vt ẽ ipm
viſibile,rebus viſibilib⁹ delectat̃, vt eſt mortale, tẽporalia ſe-
quit̃,vt eſt graue,deorſũ ſidit. Cõtra aĩa generis ętherei me
mor ſumma vi ſurſum nitit̃,& cũ terreſtri mole luctat̃,cõtẽ-
nit ea quæ vident̃,ſcit enĩ eſſe caduca, quærit quæ vere,quæ
ſemp ſunt,immortalis amat immortalia,cœleſtis cœleſtia,ſilis
ſimilib⁹ capit̃,niſi penit⁹ fuerit corpis ĩmerſa ſordib⁹, atq; a na
tiua generoſitate eius cõtagio degenerarit. Neq; vero hãc diſ-
cordiã,vl' fabuloſus ille Promothe⁹ inſeuit, admixta mẽti no
ſtræ,de quoq; animãte pticula, neq; primitĩa cõditio indidit,
ſed peccatũ qd' bñ cõditũ erat,male deprauauit,inter bñ ꝯcor
des,diſſenſiõis virus ſerens. Antea enĩ & mens corpi ſine ne
gotio impabat, et corpus aĩo lubẽs voleſq; parabat:nũc cõ-
tra pturbato rerũ ordine, affectus corpis,rationi præire cer-
tãt,cogiturq; illa in corporis ſentẽtiã,pedib⁹ diſcedere. Qua-
re non abſurde pectus hoĩs,cũ ſeditioſa quapiã rep. cõponas
licebit,quã qm̃ ex varijs hoĩm gñibus cõſtat, ꝓpter diſſenſio
nẽ ſtudiorũ,oportet crebris motib⁹,& factiõib⁹ collidi, ni pe
nes vnũ ſit imperij ſumma,iſq; ſit eiuſmodi, vt nihil ĩperet:ni-
ſi reip. ſalutaria. Quare neceſſe eſt, vt pl⁹ in ea valeat, qui plus
ſapit, pareat,qui min⁹. Nihil eſt aũt infima plebe vecordius,
eoq; magiſtratibus obtẽperare debet,nullũ ipſa gerere magi-
ſtratũ. Qui vero optimates ſunt, aut natu maiores, audiendi
ſunt illi quidẽ in cõſultationib⁹,at ita ſi ſtatuẽdi arbitriũ penes
vnũ maneat regem,quẽ admoneri quidẽ oportet nunc̃q;, co-
gi vero aut præiri non conuenit. Porro rex ipſe nulli paret,
niſi legi, lex reſpondet honeſtatis Ideæ, Quod ſi præpoſte-
ris vicibus vulgus indomitum, et fex illa ciuitatis tumultuo-
ſa, natu maioribus præire contendit, aut ſi primates regis

[Margin notes:]
Promotheus hominem de t̃ra finxit cui omnibus animalib⁹ particulã addidit.

Carnis rebellio vnde orta ſit.

Reſpublica qualiter conſtitui debet.

imperiū negligūt, coorit̄ in Repu. noſtra periculoſa ſeditio, & niſi diuina dictatura ſuccurrit̄, ad extremā pniciē res om̄is ſpectat. In hoīe vero, ratio regis vice fungit̄. Optiates accipias licet, affectus quoſdā, corporeos quidē illos, ſed tñ nō p inde brutos, qđ gen⁹ ſunt, genuina pietas erga parentes, charitas in fratres, bn̄uolentia in amicos, miſericordia ī afflictos, metus infamiæ, Cupido honeſtæ opiniōis, & ſi quæ ſunt cōſimilia. Eos porro mot⁹ anīorū, qui a ratiōis decretis q̄ maxime diſſident, ſuntq̄ infime ad pecorū humilitatē abiecti, plebis quaſi vltimā fecem eē puta, cuiuſmodi ſunt libido, luxus, inuidentia, hiſq̄ cōſimiles animi morbi, qui ad vnū omnes, veluti ſerui ſordidi, & improbi ergaſtulis ſunt coercendi, vt ſi queant penſum, operamq̄ a dn̄o p̄ſcriptā, præſtant. Sin min⁹ nihil certe damni dent. Quæ oīa Plato diuinitus intelligens, ſcripſit ī Thimęo filios deorū, ad ſui ſilitudinē, duplex animæ genus in hoīe fabricatos fuiſſe, alterū diuinū & immortale, alterū quaſi mortale, & varijs pturbatiōib⁹ obnoxiū, quarū prima ſit voluptas, eſca malorū (vt ait) proxīa dolor, fuga, impedimentūq̄ bonorū. Deinde metus atq̄ audatia, cōſultores amantes. Quibus accidit et implacabilis iracundia. Præterea ſpes blanda, cum irrationabili ſenſu, amoreq̄ oīm inuaſore. Hęc enī ferme v̄ba Platonis. Nec ignorauit, in huiuſmōi p turbatiōib⁹ coercendis, vitæ beatitudinē cōſiſtere. Scribit enī eodē in ope, eos q iſta ſupaſſent, iuſte victuros, iniuſte autem, qui ab his victi fuiſſent. Et diuinæ quidē anīæ. i. ratiōi, tāq̄ regi in cerebro, velut ī arce ciuitatis noſtræ, ſedē ſtatuit, corporis videlicet parte editiſſima. cœloq̄ pxima, tū minime bruta, quippe quæ & oſſe ſit pertenui, neq̄ neruis, neq̄ carne onerata, ſed ſenſib⁹ int⁹, foriſq̄ lōge munitiſſima, vt illis q̄ſi renūciantib⁹, nihil tumult⁹ in Repu. cooriret̄, qđ nō ptin⁹ ille pſenſiſceret. At mortalis anīę partes. i. affectus, vt queq̄ ratiōi vel morigera eſt, vl' obſtrepera, ita ab ea ſemouit. Nam inter ceruicē & diaphragma, partē anīę cōſtituit, fortitudīs atq̄ irę pticipem, affectū videlicet, ſeditioſum quidē illū, & cohibendū, at nō pinde brutū, eoq̄ mediocri interuallo, a ſummis imiſq̄

Reſpu. cū homine comparatio.

Duplex anima iuxta Platonem.

Ratio.
Ira.
Concupiſcentia.

ſemouit,ne vel nimia vicinitate regis ociũ ꝑturbet, vel infimę plebis cõtagio corrupta,ſiľin eũ cõiuret. Vim porro concupiſcibilẽ,quæ eſculenta, & poculenta appetit,quaq; in Venerẽ ĩpellimur, porro infra præcordia procul a regia,in iecur & aluũ relegauit,vt q̃ſi ferũ q̃ddã,& ĩdomitũ aĩal, illic ad præſe pe habitaret,ꝓpterea q̃d ea violentiſſimos excitare mot⁹ cõſueuit,minimeq; præſidis imperijs audiens eſſe. Hui⁹ infima pars,q̃ pecorina ſit,q̃q; rebellis,vel illa pudenda corpis portio,ĩ q̃ potiſſimũ tyrannidem obtinet,documento poteſt eſſe, quæ mẽbris ex oĩbus vna,fruſtra reclamante rege, obſcænis motib⁹,ſubĩde rebellionẽ parat. Vidis nimirũ vt hac,ſupne diuinũ animal homo,plene in pecudẽ deſinat. At conſultor ille diuinus,ſublimi ĩ arce p̃ſidẽs memor originis ſuę,nihil ſordidũ,nihil humile cogitat. Sceptro aũt inſignis eburno,ꝓpterea q̃d nihil nõ rectũ ĩperet,in cui⁹ faſtigio aquilã inſidere ſcripſit Homerus,qđ ad cœleſtia ſubuolans,quæ humi ſũt, aquilinis oculis deſpicit, Poſtremo aurea redimitus corona, Aurũ enĩ in myſticis literis ſapientiã fere ſignificat, circulus aũt ꝑfectã, & omnibus numeris abſolutam. Hę ſunt enim propriæ regũ dotes. Primũ, vt q̃plurimũ ſapiãt, ne quid peccent per errorem,tũ vti quæ recta ſunt,ea modo velint, ne quid cõtra animi iudiciũ perperam corrupteq; faciant. Quarum altera qui careat,eum non regem,ſed latronem exiſtimato.

Ornatus regius.

Aurum ſapientiam ſignificat.

Regũ ac principũ propria officia.

## ¶ De varietate affectuum.

¶ Noſter aũt rex ꝓpter æternã legẽ, ſibi diuinitus inſculptã, opprimi qdẽ põt, corrũpi nõ põt quin reclamet,quin reuocet. Cui ſi reliq̃ plebs parebit, nihil ille vnq̃ neq; pœnitendũ, neq; pernitioſũ cõmittet, ſed ſumma moderatione, ſummaq; tranquillitate gerẽtur vniuerſa. Ac de affectib⁹ quidẽ Stoici, paripateticiq; non nihil diuerſa ſentiũt, quanq̃ illud conuenit inter oẽs,ratiõe viuendũ nõ affectu. Sed illis placet,vbi affectibus,qui a ſenſib⁹ ꝓxime excitanĩ,tanq̃ pedagogis,vſus ad iudiciũ,verũq; diſcrimẽ expetendorũ, fugiendorũq; pueneris, tũ eos ꝓrſus eſſe relinquendos. Iam niſi nõ ſolũ vtiles nõ eſſe. ad ſapiẽtiã, verũ etiã ꝑnitioſos, Atq; obid ꝑfectũ illũ ſapientẽ

Senſus & affectus pedagogi ad virtutem.

ſuũ oĩbus huiuſmodi motib⁹, tanquã morbis animi, vacare volunt, vixq; humaniores quidã primos illos ĩpetus, ratõem peruertẽtes, ſapiẽti cõcedũt, quas illi phantaſias appellãt. At peripathetici nõ extirpandos affect⁹, ſed coercendos docent, Eſſe enim nõnullũ eorũ vſũ propterea q̃d hos a natura addi tos opinent̃, vti quædã ad virtutẽ incitabula, atq; exhortamẽ ta, ſicuti fortitudini iram, induſtriæ inuidiã, & itẽ de reliquis, Socrates aũt in Phedone Platonis, quũ nihil aliud putat eſſe philoſophiã, q̃ mortis meditationẽ, hoc eſt, vt; anim⁹ quantũ poteſt, abducat ſeſe a reb⁹ corporeis, et ſenſibilib⁹, trãſferatq; ad ea, quæ ratiõe, nõ ſenſib⁹ percipiant̃, cũ Stoicis nimirũ ſentire videt̃. Oportet igit̃ primũ omnes animi cognitos habere mot⁹, deinde ſcire nullos eſſe tam violentos, quin a ratiõe, vł compeſci, vel ad virtutẽ deflecti queãt, Audio eni vulgo hãc peſtiferã opinionẽ, vt ſe dicãt ad vicia cogi. Alij contra imperiti ſui, motus huiuſmodi, pro ratiõis dictamine ſequunt̃, atq; adeo, quod ſuaſit ira, aut inuidia, id zelũ dei vocant. Atq; vt eſt alia reſp. alia faſtidioſior, ita alios alio ad virtutẽ propẽſior quę differentia, nõ ex animorũ diſcrimine, ſed vel ex influxu cœleſtiũ corporũ, vel ꝓgenitorib⁹, vel ex educatõe, vł ex ĩpo corporis habitu proficiſcit̃. Non anilis eſt illa Socratis fabula, de aurigis, & equis bonis ac malis. Videas enim nõnullos, ita moderato ingenio natos, ita tractabiles ac faciles, vt ſine vllo negotio ad virtutẽ ĩſtituant̃. ac ſine calcarib⁹ vltro pręcurrãt, Alijs cõtra corp⁹ rebelle, tanq̃ equũ indomitũ, & calcitroſũ cõtigiſſe, vt multũ ſudãs domitor ille, vix tamẽ aſperrimo freno, vix fuſte, calcaribusq; ſubigat ferocientẽ. Qualis ſi tibi forte obtigit, ne protin⁹ abijcias animũ, imo tanto acrius enitere, ſic exiſtimas, nõ tibi interclusã ad ỽtutẽ viã, ſ; vberiorẽ ỽtut̃ materiã oblatã eſſe. Quod ſi bonã mentẽ nact⁹ es, nõ hoc ꝑtinus alio melior es, ſed fœlicior, at rurſum ita fœlicior, vt obligatior. Quãq; qs eſt ingenio vſq; adeo fœlici, vt nõ abunde multa ſint ĩ qb⁹ luctari oporteat? Ergo q̃ maxĩe turbari ſentiet, hac q̃ maxime aduigilet rex oportet. Sunt vicia quædam pœne gentilitia, quemadmodũ gentibus nõnullis perfidiam

Peripatheticorũ ac Stoicorum differentia.

Philoſophia quomõ mortis meditatio

Animi omĩs motus ratione compeſci poteſt.

Animam bonam ſiue malã ſortit⁹ qualem ſe habere debet.

Varię ſpecies viciorum tanquã naturalium.

aiunt eſſe familiarē, alijs luxū, alijs libidinē, Quædā corporis habitū comitanť, ſicut ſanguineos mulieroſitas, & voluptatum amor. Colericū ira, ferocitas, maledicentia. Phlegmaticū inertia, ſomnolentia, Melancholicum, inuidia, triſticia, amaritudo. Nōnulla cū ætate, aut remittūť, aut inualeſcūt, queadmodū libido ī iuuēta, itē pfuſio, temeritas, ī ſenecta tenacitas, moroſitas, auaritia. Sunt et quę ſexui videanť adnota, vt in viro ferocitas, ī muliere vanitas & vindictæ cupido, Fit interim vt natura veluti paria faciens, morbū anī dote quapiā diuerſa cōpenſet. Eſt hic quidē propenſior ad voluptatē, ſed neutiq̄ iracundus, neutiquā inuidus. Eſt alius īcorrupta pudicitia, ſed elatior, ſed iracundior, ſed attentior ad rem. Neq; deſunt, qui pdigioſis quibuſdā, ac fatalib⁹ vicijs ſoliciteť, furto, ſacrilegio, homicidio, quib⁹ quidē omni conatu obuiā eſt eundū, cōtraq; eorū inſultū, certi ppoſiti, murus, qdā ahene⁹ obijciēdus. Ediuerſo ſunt nōnulli affect⁹, ita vicini ꝟtutib⁹, vt piculū ſit, ne ābiguo diſcrimīe fallamur. Erūt hi corrigēdi, & ad pximā ꝟtutē cōmode deflectēdi. Exēpli grā, eſt qſpiā excādeſcētior, iījciat aīo frenū, et erit alacrior, erit erect⁹, mīmeq; lāguid⁹ Erit liber ac ſimplex. Eſt ali⁹ paulo tenacior, adhibeat rōeȝ, & fuerit frugal'. Qui blādior ē, fiet comis & cōmodus. Qui pręfract⁹, cōſtans. Qui triſtior eſt, ſeuerus. Qui ineptior, morigerus, atq; ad eundē modū de reliquis aī leuiorib⁹ morbis. Hoc mō cauēdū, ne naturę viciū, virtutis noīe apellem⁹, triſticia grauitatē, aſpitatē ſeueritatē, īuidiā zelū, ſordes frugalitatē, aſſentationē comitatē, ſcurrilitatē vrbanitatē appellantes. Hæc igiť ē vna ad btītudinē via, pmū, vt te noris. Deinde, vt ne qď p affectibus, ſ; oīa p iuditio rōis agas. Sana ſit āt, et ſapiat ratio, hoc eſt tm̄ honeſta ſpectet, At difficile eſt (inqes) qď præcipis. Quis negat? Atq verū eſt illud apud Platonē adagiū, quæ pulchra ſunt, eadē eē difficilia. Nihil fortius, q̄ vt qs ſeipſū vincat, ſed nullū maius præmiū, q̄ beatitudo, Præclare illď Hieronym⁹ vt cætera oīa: Nihil Chriſtiano fœlicius, cui pmittiť regnū cœlorū. Nihil laborioſi⁹, q q̄tidie de vita periclitať Nihil fortius, q vincit diabolū. Nihil ībecillius q a carne

Naturę circa anios ſolers compenſatio

De deflectendis ad virtutem vicijs leuioribus.

Sapientiæ gradus.

Supra 8 fol:

Via vera ad beatitudinē ſeipſum noſſe

Christiano vt nihil forti⁹ ita nihil imbecillius.

ſupaẽ. Si tuas ꝑpenderis vires, nihil difficiliꝰ, q̃ carnẽ ſubigere ſpũi, ſi deũ auxiliatorẽ reſpexeris, nihil faciliꝰ. Tu mõ ingẽti aĩo, ꝑfectæ vitæ ꝓpoſitũ cõcipe, cõceptũ vrge. Nihil vnq̃ vehemẽter imparauit ſibi hũanus anĩus, qđ non effecerit. Magna pars Chriſtianiſmi eſt, toto pectore velle fieri Chriſtianum. Quod aditu videbiẽ inexpugnabile, id fiet ſucceſſu mollius, vſu facile, cõſuetudine demũ etiã iucundũ. Scitũ eſt illud Heſiodiũ, arduã initio eſſe ỽtutis viã, verũ vbi ad cacumen erepſeris, tutiſſimũ ociũ te manet. Nullũ aĩal tã ferũ, qđ non manſueſcat hũana cura, & anĩ domitoris oĩm nulla erit domandi ratio? Vt corpore valeas, potes in annos aliquot impare tibi, vt abſtemiꝰ ſis, vt a Venerẽ temperes, q̃ præſcripſit hõ medicus, & vt oẽm vitã tranquille tranſigas, nõ potes vel mẽſes pauculos impare affectibus, qđ cõditor præcipit deꝰ? Vt corpus morbo ſubducas, oĩa facis, vt corpus & anĩam ab æterna morte ſubtrahas, non illa facis, quæ fecerunt & ethnici?

Chriſtianis ſola volũtas deeſt.

Nota.

Virtutis via ardua in principio.

Animus ;qualiter domandus.

## ¶ De homine interiore & exteriore, Et de duabus partibus hominis ex literis ſacris.

¶ Pudet me ꝑfecto Chriſtianorũ noĩe, q̃rũ maxĩa pars veluti muta pecora, ſeruit affectibus ſuis, adeoq̃ in hac dimicatiõe nõ ſũt exercitati, vt ne norint qdẽ ratiõis atq̃ ꝑturbationũ diſcrimẽ. Hoc tm̃ hoĩem eſſe putãt, qđ vident, qđ ſentiũt. Imo nihil eſſe putant, niſi qđ ſub ſenſum cadat, quũ nihil ſit minꝰ. Quicqd impẽſe cupiũt, id rectũ exiſtimãt. Pacẽ appellãt, certã cõploratãq̃ ſeruitutẽ, dũ obruta ratio, quocũq̃ vocat affectus, nihil renitẽs ſequiẽ. Hæc pax eſt illa miſera, quã Chriſtꝰ veręː pacis author, qui fecit vtraq̃ vnũ, venit dirimere, bellũ ſalutare excitaturus, inter patrẽ & filiũ, inter maritũ & vxorẽ, inter ea q̃ turpis ꝯcordia male cõciliauit. Iam vero phõrũ leuis ſit authoritas, niſi eadẽ oĩa, tametſi verbis nõ ĳſdem, ſacris in literĩ præcipiũẽ. Qđ philoſophi rationẽ, id Paulꝰ mõ ſpm̃, mõ interiorẽ hoĩem, mõ legẽ mẽtis vocat. Quid illi affectũ, hic interim carnẽ, interĩ corpꝰ, interĩ exteriorẽ hoĩem, interĩ legẽ mẽbrorũ appellat. Spũ inqt ambulate, & deſideria carnis nõ ꝑficietis, Caro enĩ cõcupiſcit aduerſus ſpm̃, & ſpiritus

Paxfalſa quã deus odio habet.

Matth 10.

Pauli cũ philoſophis cõcordantia.

ad gal. 5.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0041-9

aduerſus carnem, vt nõ quæcunq; vultis, illa faciatis. Et alibi.
Quod ſi ſecũdũ carnẽ vixeritis, moriemini. Si ſpũ facta car- Ad Ro-
nis mortificaueritis, viuetis, Noua profecto rerũ cõmutatio, ma.8.
vt in bello pax q̄rat̃, in pace bellũ, ĩ morte vita, in vita mors,
in ſeruitute libertas, in libertate ſeruit⁹. Scribit enĩ alibi Paul⁹. 1.Ad co
Caſtigo corpus meũ, et in ſeruitutem redigo. Libertatẽ audi. rint.9.
Qđ ſi ſpũ ducimĩ, nõ eſtis ſub lege. Et, Non iterũ cõcepim⁹ Ad gal la.5.
ſpm̃ ſeruitut' in tĩore, ſed ſpm̃ adoptiõis filiorũ dei. Idẽ alibi. Ad Ro-
Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnãtẽ legi mẽtis meæ, & ma.7.
captiuantẽ me in lege pctĩ, q̄ eſt in mẽbris meis. Legis apud 2.ad co
eundẽ, de exteriore hoĩe, q corrũpit̃, & interiore, q renouat̃ rin.4.
de die ĩ diẽ. Plato duas vno in hoĩe aĩas conſtituit. Paul⁹ eo-

Platonis &. Pauli concordantia.

dẽ in hoĩe duos homines facit, adeo conglutinatos, vt neuter
ſine altero, neq; in glĩa, neq; in gehenna, ſit futur⁹, ad eo rurſũ
diſiũctos, vt vni⁹ mors vita ſit alterius. Eodẽ opinor pertinet,
quæ ſcribit Corinthijs. Fact⁹ eſt primus hõ in aĩam viuentẽ, 1.ad co rin.15.
nouiſſim⁹ Adã, ĩ aĩam viuificantẽ. Sed nõ pri⁹ q̄d ſpiritale eſt,
ſed q̄d aĩale, deinde q̄d ſpiritale. Primus hõ de terra terrenus,
Secũdus hõ de cœlo cœleſtis. Atq; vt euidẽtius eẽt, iſta nõ ſo
lũ ad Chriſtũ ad Adam, ſed ad nos omnes pertinere ſubiecit.
Quid terren⁹, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœ-
leſtes, Igit̃ ſi portauim⁹ imaginẽ terreni, portem⁹ & imaginẽ
cœleſtis. Hoc aũt dico fratres, quia caro & ſanguis regnum
dei nõ poſſidebũt, neq; corruptio, ĩ corruptelã poſſidebit. Vi
des liquere, q̄d alibi carnẽ, & exteriorẽ, qui corrũpitur, hoĩe; Ad Ro
dixit, hic terrenũ Adam nominaſſe. Hoc ipſum nimirũ eſt, & ma.7.
corp⁹ illud mortis, q̄ grauat⁹ exclamabat Paul⁹, Infœlix ego
hõ, q̄s me liberabit de corpore mortis hui⁹? Porro fructũ lõ Ad Gal
ge diuerſiſſimũ carnis, & ſpũs aperiẽs, alibi ſcripſit. Qui ſemi la.6.
nat (inqt) in carne ſua, de carne & metet corruptionẽ, q aũt

Odiũ Iacob Et Eſau.

ſeminat in ſpũ, de ſpũ metet vitã æternã. Hoc igit̃ illđ eſt vet⁹ Gene.
diſſidiũ geminorũ Iacob & Eſau, q & anteq; in lucẽ ederent̃, 25.et.
iam intra materni vẽtris clauſtra luctabant̃. At Eſau quidem 26.
præoccupauit exortũ, ſed Iacob prẹripuit bñdictionẽ. Prius Gene.
enĩ carnale, ſed qđ ſpiritale potius eſt. Alter erat ruſus & pi- 27.

lis obſitus, alter lenis. Alter inquietꝰ, & venator. Alter dome
ſtico gaudens ocio. Et ille quidē famelicus, ius vendidit pri-
mogenitorum, dum vili voluptatis authoramento illectus,
a natiua libertate excidit, in ſeruitutem peccatorum, hic quod
iure non debebatur, arte gratię ſibi vendicat. Inter hos fratres
quanq̄ vterinos, quanq̄ gemellos, nunq̄ perfecta coit cōcor
dia, odit enī Eſau Iacob, Iacob cōtra, & ſi nō reſpondet odio
mutuo, fugit tamē, ſuſpectumq́ ſemper habet Eſau, neq́
ſeſe ille credit. Tibi quoq́ quicq̄d ſuaſerit affectus, ſuſpectum
Gene. ſit propter dubiam authoris fidem. Iacob ſolus vidit domi-
32. num, Eſau vt ſanguinarius, gladio viuit. Poſtremo dominus
Gene. a matre cōſultus reſpondit. Maior ſeruiet minori, Pater ve-
25. ro adiecit, Fratri tuo ſeruies. Tempuſq́ veniet, cum excu-
cias et ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis. Dominus de pijs
ad vaticinatur, pater de reprobis, ille quid ab omnibus oporte-
Ephe- at fieri cōmonſtrat, hic quod pleriq́ facturi ſint prædicit. Pau
ſios. 5. lus vult mulierē ſubditam eſſe viro ſuo. Melior enim eſt ini-
Eccle. quitas viri, q̄ mulier benefaciens. Eua noſtra carnalis eſt af- Eua myſtica
42. fectus, cuius oculos callidus ille coluber quotidie ſolicitat.
Ea corrupta, pergit & virum ad cōmunionē mali ſolicitare.
Gene. Sed quid legis de muliere noua .i. ea quę viro ſuo morigera
3. eſt? Inimicitias ponā inter te (nempe ſerpentē) & mulierē,
& ſemen tuum, & ſemen illius. Ipſa conteret caput tuum, &
tu inſidiaberis calcaneo illius. Deiectus eſt coluber in pectus,
impetū eius fregit mors Chriſti, Tantū calcaneo inſidiat̄ clā-
cularius. Cæterū gratia fidei, tanquā in viraginem verſa muli
er, venenatū caput animoſa cōterit. Aucta eſt gratia, imminu Abraham au
Gene. ta carnis tyrannis. Sara īminuta, authore deo, creuit Abraā, ctus ratio.
18. iamq́ illa non maritum, ſed dominum vocat. Neq́ prius ta- Sara minuta caro.
men illa partum meretur, q̄ illi deſijſſent muliebria. Quid ve
Gene. ro tandem peperit dn̄o ſuo Abrahæ, iam anus, iam effœta?
21. Nempe Iſaac .i. gaudium Simul atq́ in homine conſenuerūt
affectus, tum demum exoritur fœlix illa tranquillitas inno-
centis animi, & mentis ſecuritas quaſi iuge conuiuium. Et
vt pater ipſe non indulſit vxori, ita in liberis ſuſpectam habet



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0043-0

Iſaac cũ Hiſmaele myſtice. collusionẽ Iſaac cum Hiſmaele. In ea ætate nõ vult cõuenire filio ancillæ, cũ filio liberæ. Dũ adhuc feruet adoleſcentia, ꝓcul ab oculis ablegetᷣ Hiſmael, ne ſubblandimẽti ſpecie puerꝝ adhuc Iſaac ad ſuos mores pelliciat. Iam ſenuerat Abraham, iam anus erat Sara, iam ediderat Iſaac, adhuc diffidit, niſi vxoris cõſiliũ, diuinũ oraculũ cõprobaſſet. Non eſt ſecurus de muliere, donec audit a dño. Oĩa quæ dixerit tibi Sara, audi vocẽ eius. O fœlicẽ ſenectã eorũ, in quibus ſic præmortuus eſt ille terren⁹ homo, vt nullũ negotiũ exhibeat ſpiritui. Qui conſenſus, an per oĩa perfectus hoĩ cõtingat in hac vita, haud equidẽ affirmauerĩ. Fortaſſe ne expediat quidẽ Nã & Paulo datus eſt ſtimulus carnis, angelus Satanæ, qui illũ colaphizaret, ac iam tertiũ, dñm rogans, vt a ſe tolleretᷣ, hoc tantum audiuit: Paule ſufficit tibi gratia mea, nam virtus infirmitate perficitur. Nouũ ꝓfecto remedij genus, Paulus ne ſupbiret, tentatᷣ a ſupbia, vt ſolidus ſit in Chriſto, in ſe cogitᷣ eſſe infirmus. Portabat enĩ theſaurũ reuelationũ cœleſtiũ ĩ vaſe fictili, vt ſublimitas eſſet virtutis dei, & non ex ipſo. Quod vnum exẽplũ Apoſtoli, multorũ pariter nos admonet. Primũ quũ a vitijs ſolicitamur, mox iteratis precib⁹ implorãdũ eſſe auxiliũ diuinũ. Deinde tentationes viris perfectis interdũ nõ ſolũ periculoſas nõ eſſe, verũ etiã ad cuſtodiã virtutis neceſſarias. Poſtremo reliquis omnib⁹ ꝑdomitis, ſolũ inanis glorię viciũ in medijs etiã virtutibus inſidiari, & hanc eſſe velut hydrã illam Herculanã, monſtrũ viuax, & ſuis vulnerib⁹ fœcũdum quod oĩbus exanclatis laboribus, ſupremo fine vix demum queat confici. Verum labor oĩa vincit improbus. Interim dum vehementibus perturbationibus æſtuat anim⁹ tu modis omnibus preme, vrge, immine, ac Proteum iſtũ tuũ, vinclis ſtringe tenacibus, dũ Oĩa transformat ſeſe in miracula rerũ Ignemq; horribilẽq; feram, fluuiumq; liquentẽ, donec in natiuã ſpeciẽ redeat. Quid aũt tam Proteus, q̃ affectus & cupiditates ſtultorũ, quæ quũ eos nunc in beluinã libidinẽ, nũc in irã ferinã, nũc ĩ venenatam inuidiã, nũc in alia atq; alia viciorũ portenta trahũt, nonne pulchre q̃drat, quod eruditiſſi

Marginalia:

Z ad corin. 12.

Pauli ſtimulus ad q̃d nobis prodeſt.

2. corin 4.

Nota diligenter.

Vana gloria hydræ comparatur.

Proteus.

Proteus ſenſualitatis typum gerit.

4. Georgicorũ. mus poeta dixit, Tum varie eludẽt ſpecies atq; ora ferarũ. Fiet enim ſubito ſus horridus, atraq; tygris. Squamoſuſq; draco, & fulua ceruice leæna. Aut acrẽ flammæ ſonitũ dabit. Hic vero memento, quod ſequit. Sed quãto ille magis formas ſe vertet in omnes, Tanto nate magis, contende tenacia vincla. Imo ne rurſum ad fabulas reuoluamur poetarum, exemplo ſancti patriarchæ Iacob, luctamen nocturnũ cõſtanter vrge, donec illuceſcat aurora opis diuinæ, dicitoq;, non dimittã te, niſi benedixeris mihi. Quod aũt virtutis ſuæ præmiũ tulerit, fortiſſimꝰ ille paleſtrites, operæpreciũ eſt audire. Primum benedixit ei ĩ eodẽ loco. Semp enĩ poſt ſuperatã tentationẽ præcipuũ quoddã auctariũ diuinæ gratiæ adijcit homini, qua ſit ad futurũ hoſtis aſſultũ multo q̃ fuerat munitior. Deinde tacto femore emarcuit neruus victoris, & cœpit altero claudicare pede. Execrat̃ per os ꝓphetæ deus, eos qui vtroq; claudicãt pede. i. qui ſimul & in carne eſſe, & deo volunt placere, & dũ vtrũq; male conant̃, in vtroq; claudicant. Fœlices autẽ illi, in quibus ſic affectus carnis emortuus eſt, cõtingente deo, vt dextro pedi potiſſimũ. i. ſpiritui innitant̃. Poſtremo nomẽ ille cõmutatum, Ex Iacob enĩ fit iſrael, Ex luctatore quietus. Vbi caſtigaris carnẽ tuã, & eã crucifixeris cũ vitijs & concupiſcentijs, iã nullo obſtrepẽte cõtinget tibi tranquillitas et ocium, vt vaces & videas dominũ, vt guſtes & videas quoniam ſuauis eſt dñs. Hoc enĩ ſonat Iſrael. Videtur aũt non in igni, nõ in turbine, ac tumultu tẽtationũ, verũ tempeſtatẽ diaboli, ſi modo perſeueraris, cõſequit̃ ſibilus auræ tenuis conſolationis ſpiritualis. Ea ſimul atq; leniter aſpirauerit, tum intende acriter internos oculos, & eris Iſrahel, diceſq; cũ eodem, Vidi dñm, & ſalua facta eſt aĩa. Videbis eũ qui dixit. Non videbit me omnis caro, Excute te ipſum, ſi caro es, non videbis dñm ſi nõ videris non ſaluabit̃ aĩa, tua Cura igit̃ vt ſis ſpũs.

Gene. 32. | 3. Regũ 18. | Gene. 32. | Gal. 5. | Ps. 33. | Gene. 32.

Iacob luctatus cũ angelo | Ex Iacob Iſrael | Iſrahel videt deum.

## ¶ De tribus hominis partibus, ſpiritu & anima, & carne.

¶ Erant hæc vel nimio plus ſatis, verũ vt fias tibi paulo etiam perſpectior atq; excuſſior, libet & Origenicã hoĩs ſectionẽ

Origenes q̃liter hominem diuiſit.

breuit referre. Is enĩ Paulũ ſequut⁹ tres ptes facit, ſpm̃, aniam & carnẽ, q̃s oẽs cõiunxit Aplus ſcribens Theſſalonicenſibus vt integer (inq̃t) corpus vr̃m & anima, & ſpũs in die dñi nr̃i Ieſu Chriſti ſeruet. Eſaias aũt, omiſſa pte infima, duarũ meminit. Anĩa (inquit) me deſyderabit te in nocte, ſed & ſpũ meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Daniel itẽ. Laudate (inquit) ſpũs & anĩæ iuſtorũ dominũ. Quibus ex locis nõ abſurde colligit, triplicem hoĩs portionẽ.

1. ad Theſ 5.

Eſa. 26.

Daniel 3.

Corporis cõditio.

Corpus ſiue carnẽ infimã noſtri partẽ, cui per genitalẽ culpã legẽ inſcripſit pcti, ſerpẽs ille veterator, quaq; ad turpia ꝓuocamur, ac victi diabolo cõnectimur.

Spiritus natura

Spiritũ vero qua diuinæ naturæ ſimilitudinẽ exprimim⁹, in qua cõditor optim⁹, de ſuæ mẽtis archetypo ęternã illã honeſti legẽ ĩſculpſit digito. i. ſpũ ſuo. Hac deo cõglutinamur, vnũq; cũ eo efficimur.

Anima media inter corpus & ſpiritum.

Porro terciã et int̃ iſta mediã aniam cõſtituit, quæ ſenſuum ac motuũ naturaliũ ſit capax. Ea velut in factioſa rep. nõ poteſt nõ alterutri partiũ accedere. Hinc atq; hinc ſolicitat̃. liberũ habet, vtro velit inclinare. Si carni renuncians, ad ſpũs partes ſeſe traduxerit, fiet & ipſa ſpiritalis, ſin ad carnis cupiditates ſemet abiecerit, degenerabit & ipſa in corpus, Hoc enĩ eſt, quod ſenſit Paulus ſcribẽs Corinthijs, An neſcitis, q̃niã qui adhęret meretrici, vnũ corpus efficit̃? Qui aũt adhęret domino, vnus ſpũs eſt. Meretricẽ lubricam hoĩs partem appellat. Hæc eſt illa illex & blanda mulier, de qua legis prouerbiorũ capite ſecũdo. Vt eruaris a muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit ſermones ſuos, & relinquit ducẽ pubertatis ſuæ, & pacta dei ſui oblita eſt. Inclinata eſt enĩ ad mortẽ domus eius, & ad inferos ſemitæ ipſius Omnes qui ingredient̃ ad eã nõ reuertent̃, nec appręhendẽt ſemitas vitæ. Et capite ſexto, Vt cuſtodiant te a muliere mala & a blanda lingua extraneæ, Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. Precium enim ſcorti vix vnius eſt panis, mulier autem viri precioſam animã rapit. Nonne quum de ſcorto, corde, & anima meminit, nominatim tres hominis partes expreſſit? Rurſum capite nono, Mulier ſtulta et clamoſa, plenaq; illecebris, et nihil oĩno

1. ad corin. 6.

ſciēs, Sedet in forib⁹ domus ſuæ ſup ſellā, in excelſo vrbis loco, vt vocaret tranſeuntes per viam, & gētes in itinere. Quis eſt paruulus declinet ad me. Et vecordi locuta eſt. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſcōditus ſuauior. Et ignorauit ꝙ ibi ſint gigantes, & in ꝓfundis inferni cōuiuæ ei⁹. Qui enī applicabit̄ illi, deſcēdet ad inferos. Nā qui abſceſſerit ab ea ſaluabit̄, Queſo te qbus coloribus magis graphice depingi fucari ve poterant vel venenatæ carnis illecebræ ad turpitudinē ſolicitātis anīam, vel improbitas ſpūi reclamantis, vl' exit⁹ infœlix ſuperātis? Ergo ſpūs deos nos reddit. Caro pecora aīa ꝯſtituit hoīes. Spūs pios. Caro īpios, anīa neutros. Spūs q̄rit cœleſtia, caro dulcia, anīa neceſſaria, ſpiritus euehit in cœlum Caro deprimit ad inferos. Animę nihil imputat̄. Quicquid carnale, turpe eſt. Quicqd ſpiritale, perfectū, quicquid anīale mediū & indifferens. Vis ne pinguiore (quod aiūt) Minerua tanq̄ digito tibi demonſtrari, partiū iſtarū diſcrimē? Equidē expiar. Vereris parētes, Amas fratrē, Amas liberos. Diligis amicū. Non tam virtutis eſt iſta facere, quā ſceleratū nō facere. Quur enim nō facias Chriſtianus, quod naturæ inſtinctu faciunt & gentes, imo quod faciunt & pecora? Quod naturæ eſt, non imputat̄ ad meritū. Sed incidiſti in eū locū, vt aut patris cōtemnēda pietas, vīcenda charitas liberorū, beneuolētia negligēda amici, aut offendēdus de⁹. Quid fact, In biuio ſtat aīa? Solicitat hinc caro, illinc ſpūs, Dicit ſpūs. Potior eſt parente deus, illi corpus mō debes, huic oīa, Suggerit caro, Niſi pares, exheredat te pater, vulgo diceris impius. Cōſule rei, cōſule famæ. Deus aut nō videt, aut cōniuet, aut certe facile placabit̄. Iam hęret, iam nutat anima. Vtrocūq̄ ſe flexerit hoc erit, q̄d eſt id, cui acceſſerit. Si ꝯtempto ſpū, meretricē carnem audierit, vnum corpus eſt, ſin ſpreta carne ad ſpiritum erigatur, transfiguratur in ſpiritū, Ad hunc modū conſueſce temetipſum ſolerter excutere. Ingens enim hominum error, qui non raro abſolutam pietatem putant, quod eſt naturæ. Imponunt incautis affectus quidam in ſpeciē honeſtiores, tot, & quaſi virtutū laruis pſonati. Sæuit iudex inſontem,

Differentia Carnis. Animæ Spiritus.

Horatius. Maxima p̄s vatum decipimur ſpecie recti.

ſeuerus & incorruptus ſibi videt̃. Vis & hunc diſcuti? Si aĩo indulget ſuo, ſeruitq̧ rigori cuidã genuĩo, nullo anĩ dolore, nõnulla fortaſſis cũ voluptate, nihil tamẽ a iudicis officio diuaricans, ne ſibi protinus placeat. Mediũ eſt quod facit. Qd' ſi lege vel ad odiũ priuatũ, vel ad cupiditatem abutit̃, iam carnale eſt quod gerit, homicidiũ cõmittit, ſin ingentem animo percipit dolorẽ, quod eũ cogit̃ perdere, quẽ mallet emendatũ & incolumẽ, & pœnã cõmeritam irrogat eo pectoris ſenſu, quo pater filiũ chariſſimũ ſecari vriq̧ iubet, ita demũ ſpiritale erit, quod agit, Plæriq̧ propenſiõe naturæ atq̧ ingenij, proprietate, rebus nonnullis vl' gaudẽt vel abhorrent. Sunt quos nihil titillet Venerea voluptas. Ne ꝓtinus ſibi ad virtutẽ arrogent, qd' eſt indifferens. Nõ carere libidine, ſed vincere libidinẽ virtutis eſt. Alius gaudet ieiunare, gaudet adeſſe ſacris, gaudet frequẽs eſſe in templis, gaudet q̃plurimũ pſalmorum dicere, ſed in ſpiritu. Exige ad hanc regulam quod facit. Si ad famã, ſi ad emolumentũ ſpectat, carnẽ ſapit, non ſpiritũ. Si tantũ ingenio indulget ſuo, facit enim quod animo lubet, nõ habet qd' ſibi magnopere placeat, imo qd' timeat habet. En tibi periculũ. Oras & nõ orantẽ iudicas. Ieiunas. & fratrẽ manducantẽ cõdemnas. Quiſquis nõ facit, quod tu, eo te meliorẽ iudicas? Vide ne ad carnẽ ꝑtineat ieiuniũ tuũ. Eget frater ope tua, tu interim periculis tuis deo obmurmuras, fratris egeſtatẽ diſſimulans, auerſabitur iſtas preces deus. Quomodo enĩ te orantẽ audiet deus, quum tu non audias homo hominẽ? Accipe & illud. Amas vxorẽ, hoc tantũ nomine, qd' vxor eſt. Nihil magni facis. Nam iſtud quidẽ eſt tibi cũ ethnicis commũe. At amas, non ob aliud, niſi quia tibi voluptati eſt. Ad carnẽ tendit amor tuꝰ. Sed amas ob hoc potiſſimũ, quod in ea perſpexeris imaginem Chriſti, puta pietatem, modeſtiam, ſobrietatem, pudicitiã, iamq̧ non illam in ipſa, ſed in Chriſto, imo in ea Chriſtum amas, ita demum ſpiritaliter amas. Verum his de rebus plura, ſed ſuo loco.

Opera etiam bona q̃ cautela diſcutienda ſint.

¶ Regulæ quædam generales veri Chriſtianiſimi,

¶ Nũc quoniã ad id, quod propoſitũ eſt, vtcũq̧ viã aperuiſ-

ſe, & quaſi ſyluã quandã comparaſſe videmur, ad reliqua ꝓ perandũ. ne nõ Enchiridion, ſed ingens fiat volumen. Conabimur aũt breuiter regulas quaſdã, quaſi nexus quoſdã palestricos tradere, quarũ ductu, tanquã filij Dedalei facile queas e mundi hui⁹ errorib⁹, velut e labyrintho quodã inextricabili emergere, atq; ad purã lucẽ vitæ ſpiritalis pertingere. Nulli diſciplinæ ſui canones deſunt, & ſola, beate viuendi, nullis præceptis adiuuabitur, Eſt aũt omnino virtutis ars quædã & diſciplinæ, in qua qui ſe gnauiter exercẽt, ijs deniq; aſpirat ille ſanctorũ conatuũ prouector ſpũs. Qui vero dicũt, recede a nobis, ſcientiã viarũ tuarum nolumus, hos reijciet miſericordia diuina, propterea quod ipſi reiecerũt ſcientiã. Sumentur aũt hi canones, partim a pſona dei, diaboli, & noſtra, Partim a rebus .i. virtutibus ac vicijs, & quæ ſunt his coniuncta Partim a materia virtutũ & viciorũ. Conducẽt potiſſimũ aduerſus tria mala, reliquias culpæ genitalis. Nã et ſi labẽ abſterſit baptiſmus, tamẽ hęret adhuc quiddã veteris morbi, relictũ in nobis, tum ad cuſtodiam humilitatis, tũ materiã ſegetẽq; virtutis. Ea ſunt cæcitas, caro, & ĩfirmitas. Cæcitas ignorãtiæ nebula, rationis obſcurat iudiciũ, Lumẽ enĩ illud puriſſimum diuini vultus quod conditor infuderat ſuper nos, quũ nõ nihil offuſcauit culpa primoꝝ parentũ, tum corrupta educatio, improbus cõuictus, peruerſi affectus, viciorum tenebræ, conſuetudo peccãdi, tanta obduxit rubigine, vt diuinit⁹ inſculptæ legis vix veſtigia quædã appareant. Ergo (vt cœperã) cæcitas facit vt in delectu rerũ fere cæcutiamus pro optimis peſſima ſequẽtes, potiora min⁹ vtilibus poſthabentes. Caro ſollicitat affectũ, vt etiã ſi quid ſit optimũ intelligamus, diuerſa tamẽ amem⁹. Infirmitas facit, vt virtutẽ ſemel arreptã, vel tædio, vel tentatiõe victi, deſeramus. Cęcitas officit iudicio. Caro deprauat voluntatẽ, Infirmitas frangit conſtantiã. Primũ igiť eſt, vt fugienda dignoſcas ab expetendis, atq; ideo tollenda cæcitas, ne in rerũ delectu hallucinemur. Proximũ vt malũ cognitũ oderis, bonũ ames, & in hoc vincenda caro, ne cõtra mentis iudiciũ dulcia ꝓ ſalutarib⁹ amem⁹. Tertiũ vt in bõ

Marginal notes: Methamor 8. (beside "ſtricos tradere"); Ars bene viuendi. (beside "præceptis adiuuabitur"); Job. 21 (beside "ille ſanctorũ"); Fomes ad qđ nobis relict⁹ ſit. (beside "aduerſus tria mala"); Tria præcipua hominũ mala. (beside "Ea ſunt cæcitas"); Cæcitas. (beside "diuini vultus"); Caro. (beside "Caro ſollicitat"); Infirmitas. (beside "Infirmitas facit"); Intelligere. Velle. Perſeuerare. (beside "Primũ igiť eſt")

cœptis perſeueres, atq; iccirco fulcienda infirmitas, ne turpi-us virtutis viam deſeramus, q̃ fueramus non ingreſſuri. Ignorantiæ medendum, vt videas qua ſit eũdum. Caro domãda, ne a cognita via ſeducat in deuia. Infirmitas animanda, ne viam artam ingreſſus, vel vacilles, vel reſiſtas, vel deflectas, neue ſemel aratro manum admolitus, reſpicias, ſed exultes vt gygas ad currendam viam Semper in ea quæ ſunt ante temet extendens, eorum quæ retro ſunt oblitus, donec apprehendas brauium & coronam ꝓmiſſam perſeuerantibus. Ad hęc itaq; tria Canones quaſdã ꝓ noſtra virili accõmodabim⁹ Luce. 9 Pſ̃. 18. Philip. 3.

## ¶ Contra malum ignorantiæ. Canon primus.

¶ Quoniam vero fides vnica eſt ad Chriſtum ianua, primã oportebit eſſe regulam, vt de ipſo, atq; illius ſpiritu traditis ſcripturis q̃ optime ſentias. Credaſq;, non oretenus, non frigide, non oſcitanter, non hæſitanter, quemadmodum vulgus facit Chriſtianorũ, ſed toto pectore, penitus infixũ, immotumq; ſedeat, ne vnũ quidem in eis Iota contineri, quod non magnopere ad tuam ſalutem pertineat. Nihil quicq; te moueat, qđ bonam hominum partẽ, ſic vides viuere, quaſi cœlũ, & inferi, fabulæ quæpiam eſſent aniles, terricula, aut illectamenta puerorũ. Tu vero credens, ne feſtinaueris. Et ſi ad vnum vniuerſus inſaniat mundus, vertantur elementa, deſciſcant angeli, non poteſt mentiri veritas, non poteſt non euenire, quod deus euenturum eſſe prædixit. Si deum eſſe credis, veracem credas oportet. Sic prorſus habeto, nihil tam verum eſſe, nihil tam certum atq; indubitatum eorum, quæ auribus hauris, oculis coram intueris, manibus tenes, q̃ quæ legis in his literis, quas cœleſte numen. i. veritas inſpirauit, ſancti prophetę prodiderunt, tot martyrum ſanguis comprobauit, quibus tot iam ſæculis piorum hominum conſenſus ſubſcripſit, quas Chriſtus ipſe in carne, & ſermõe tradidit, & moribus expreſſit, teſtantur miracula, confitentur et dæmones,

Scripturis diuinis firmiter credendum.

Ne feſtinaueris. Si non cõtinue preces tuę exaudiuntur, aut aliud quiddã tradatur a deo ꝓmiſſum ſiue prędictum.

Iaco. 2. adeoq́ credunt, vt & contremiſcant. Deniq́ quæ ſic conſentaneæ ſunt æquitati naturæ, quæ ſic inter ſe conſtant, ſic rapiũt attentos, ſic mouent atq́ transformant. Si hæc tanta argumẽta in eas ſolas competunt. quæ malum veſania eſt, in fide heſitare? Vel ex præteritis futurorum coniecturam facito. Quãta, q̃ incredibilia dictu de Chriſto prædixerãt prophetæ. Quid horum non euenit? Qui in illis non fefellit, in alijs fallet? Poſtremo non mentiti ſunt prophetæ, & mentiet̃ Chriſtus prophetarum domin⁹? His atq́ huiuſmodi cogitationibus, ſi ſubinde flammam excitaris fidei, tum ardenter rogaueris deũ, vt adaugeat tibi fidem, mirabor, ſi diu malus eſſe poteris. Quis enim vſq́ adeo ſceleſtus, vt non reſiliat a vicijs, ſi modo penitus credat, momentaneis his voluptatibus, præter infœlicem illum conſciæ mentis cruciatũ, æternos quoq́ emi cruciatus? Pijs contra pro temporia ac leui vexatiuncula, cẽtuplum gaudium puræ conſcientiæ, ac vitam deniq́ reddi immortalem?

Luce. 17.

Fides vera nõ patitur hominẽ eſſe malum.

Matth 19.

## ¶ Canon Secundus.

¶ Primum igitur eſto, nihil hæſitare de promiſſis diuinis, proximum autem, vt viam ſalutis, non contanter, non timide, ſed certo propoſito, toto pectore, animo fidenti, atq́ (vt ita dixerim) gladiatorio captes, paratus vel rei, vel vitæ diſpendium ꝓ Chriſto ſubire. Piger vult & non vult. Nõ oſcitantib⁹ contingit regnum cœlorum, ſed plane vim pati gaudet, & violenti rapiunt illud, Huc feſtinantem, non te charorum affectus retardet, non reuocent illecebræ mundi, non remorẽtur curæ domeſticæ, Incidenda eſt ſœculariũ negociorum cathena, quando quidem explicari non poteſt. Sic deferenda Aegyptus, nec quando redeas animo ad ollas carniũ. Raptim ac ſemel tota deſerenda Zodoma, non eſt fas reſpicere, Reſpexit mulier, & verſa eſt in ſimulachrum ſaxeum. Viro non vacat, vlla vſquã in regione morari, ſed iubetur properare in montem, niſi malit perire, Clamat propheta, vt

Matth 11.

Exodi 16.

Aegyptus deſerenda.

ZOdoma.

Gene. 19.

Babylon. fugiamus deo medio Babylonis. Exitꝰ ab Aegypto fuga vo Hiero.
cat. E Babylone fugere iubemur, nō ſenſim atq̧ ꝯtanter emi 51.
grare. Videas plęroſq̧ cōperendinantes, et cōſimilis nimiū lē
tis moliētis fugam viciorū. Vbi his me curis inquiūt extrica
uero, vbi illud atq̧ illud negotij ꝯfecero. Stulte, quid ſi hodie
a te repetant animā tuam? An neſcis negotium e negotio ſeri,
viciū vicio inuitari, Quin hodie potiꝰ facis, quod quo matu Luce.
rius feceris, hoc factu fuerit facilius. Alibi diligēs eſto, hic vti 12.
liſſima p̄cipitatio. Ne reputa, ne penſiculare, quātū relinq̄s,
certus Chriſtū vnū tibi ſatis futurū pro oībus. Aude modo te
illi toto pectore credere, Aude tibi diffidere, aude omnem tui
curā in illū transferre, Deſine inniti tibi, et plena fiducia abijce
te in eū, & excipiet te, Iacta cogitatū tuū in domino, & ipſe te Ps.
enutriet, vt canas illud eiuſdē prophetæ. Dn̄s regit me & ni- 54.
hil mihi deerit, in loco paſcuę, ibi me collocauit. Sup̱ aquā re- Ps.
fectiōis educauit me, animā meā conuertit. Ne velis temetip- 22.
ſum partiri duobꝰ, mūdo & Chriſto. Non potes duobꝰ dn̄is Matth
ſeruire Nulla ſocietas deo cū Belial. Nō fert eos qui vtroq̧ 6.
Deus Zelotypꝰ amator genu claudicant. Euomit eos, qui neq̧ frigidi ſunt, neq̧ cali- 3 Regū
di, ſed tepidi. Nimiſq̧ zelotypus aīarū amator deꝰ eſt, ſolus 8.
ac totū poſſidere vult, quod ſanguine ſuo redemit. Non patit̄ 2. cori.
conſortiū diaboli, quē ſemel morte deuicit ſua. Duę tantū vię 6.
ſunt, altera quę p̱ obſequiū affectuū ducit in exitium, altera Apo. 3.
q̄ per mortificationē carnis ducit ad vitam. Quid tecū hęres?
Tertia nulla eſt. Harū alterā velis nolis adeas oportet. Quiſ-
quis es, hæc arta tibi ineunda ſemita eſt, per quā pauci mor-
taliū ambulant, Sed hanc ipſe calcauit Chriſtus, calcarunt ab
orbe cōdito, quicūq̧ deo placuerūt, Hęc eſt, p̱fecto Adraſtei
numinis ineuitabilis neceſſitas. Cū Chriſto, mūdo crucifiga
ris neceſſe eſt, ſi voles cum Chriſto viuere. Quid inepti nobis
ipſis blandimur? Quid tāta in re nobis ipſis imponimꝰ? Hic
dicit nō ſum clericꝰ, Mundanus ſum. Nō poſſim nō vti mun
do. Alius cogitat, & ſi ſacerdos ſum, monachꝰ nō ſum, vide-
rit ille. Inuenit et monachꝰ, q̄ ſibi palpet̄. Nō tn̄ inq̄t monachꝰ
ſum, q̄ illi aut illi. Aliꝰ dicit. Adoleſcēs ſum, generoſꝰ, diues,

Per Adraſti numen Nemeſim intelligo, cui ille primus aram poſuit. Eſt autē remuneratrix bonorum & malorū adeo pertinax vt ſi etiā lenta veniat, nihil tn̄ inultū patiat̄ aut irremuneratum. Cœterum de fato Adraſti lege Bocatium.

aulicus: deniq; princeps. Ad me nihil attinent: quæ dicta ſunt
apoſtolis. Miſer: ergo ad te nihil attinet: vt viuas in Chriſto:
Si in mūdo es: in Chriſto nō es. Si mūdū appellas cœlū: terrā:
mare & hūc cōmunē aerē: nemo nō eſt in mūdo: ſin ambitio-
nē: delicias: cupiditatē: libidinē: mundū dicis: profecto ſi mū Mūdus quid
Luce. 9 danus es, Chriſtianus nō es. O mibus dixit Chriſtus: qui cru
cē ſuā nō tolleret: ac ſua veſtigia ſequeret̄: nō eſſe ſe dignum.
Mori carni cū Chriſto: nihil ad te: ſi viuere illius ſpū nihil ad
te ptinet. Crucifigi mūdo nihil ad te: ſi viuere deo nihil ad te.
Cōſepeliri cū Chriſto nihil ad te: ſi reſurgere in gl'iaꝫ nihil ad
te. Chriſti humilitas: paupertas: tribulatio: cōtēptus: labores
agones: dolores: nihil ad te: ſi regnū illiꝰ nihil ad te. Quid au-
tē improbius: ꝙ præmiū tibi cū alijs cōmune ducere: āt labo-
res qbꝰ parat̄ præmiū: in paucos quoſdā reijcere. Quid aūt
delicatius: ꝙ cū capite cōregnare velle: quo qum nolis cōpa-
ti: Noli igit̄ mi frater circūſpicere: quid alij faciāt: & eorū col-
latiōe tibi blandiri. Ardua quædā: & pauciſſimis etiam mona
chis cognita res eſt: mori pctō: mori deſiderijs carnalibꝰ mo Mori pecca-
ri mūdo. Et hęc eſt cōmunis oīm Chriſtianorū ꝓfeſſio. Hoc to pauciſſimi
iam olim ī Baptiſmo deieraſti Quo voto: quid poſſit accide ſciūt Chriſtia
re ſanctius, aut religioſius? Aut pereundū: aut ſine exceptio norū ꝓfeſſio.
ne hac via graſſandū ad ſalutem: ſiue reges, ſiue inopes eri-
mus coloni. Quod ſi non omnibus contingit ad perfectam
imitationem capitis pertingere: omnibus tamen huc manibꝰ
pedibuſq; eſt enitendum Bonam Chriſtianiſmi partem ha-
bet, qui certo animo decreuit fieri Chriſtianus.

¶ Canon tertius.

Verū ne te illud a ꝟtutis via deterreat: qd' aſpera videat̄ ac tri
ſtis, tū qd' cōmoditatibꝰ mūdi ſit renūciādū: tū qd' iugit̄ cō-
fligere oporteat: cū tribꝰ im ꝓbiſſimis hoſtibus: carne: diabo
lo: & mūdo: hāc tertiā regulā tibi ꝓponito. Vniuerſa terricu
la et phantaſmata: quæ tibi ſtatī velut in ipis auerni faucibꝰ oc
currūt: ꝓ nihilo ducēda eſſe: exēplo Aeneæ Virgiliani. Qd'
ſi ludibrijs inanibꝰ cōtemptis rē ipſam preſſius fixiuſq; inſpe
xeris: profecto videbis. Chriſti via: præterq̄ quod ſola ducit

Christi via alijs collata omnibus pręstat.
Aulicæ vitæ incomoda.

ad fœlicitatē: etiā omiſſo pręmij reſpectu: nullā tamē aliā eſſe cōmodiorē. Quod enī (queſo te) vitæ genus iuxta mūdū tibi deliges: in quo nō ſint abūde multa triſtia atq; aſpera ſubeunda tolerandaq;: Aulicā vitā quis neſcit eſſe erūnarū plenā: niſi vel inexpertus: vel certe ſtultiſſimus. Deū immortalē quę illic: q̄ diutina: q̄ indigna ſeruit⁹ pferēda, quāta ſolicitudine ambiēda principis gratia: Eblandiendus fauor eorū: qui vel nocere poſſunt: vel prodeſſe. Fingendi vultus ſubinde noui. Muſſitanda iniuria potētiorū. Porro aūt quod tandē mali genus: quo non ſit referta militia? Vtriuſq; rei tu teſtis eſſe optim⁹ potes: q vtrunq; tuo piculo didiciſti Iam vero qd vl' nō facit, vel patiť mercator: Per mare pauperiem fugiēs: per ſaxa p ignes: In cōiugio: quāta moles curarū familiariū: quā nō ibi miſeriā videt q experiunť: In publicis obeundis mūeribus: quantū ſolicitudinis: quātū laboris: quātū piculi. Quoquo verſum flexeris oculis: ingens turba incommodorū occurret, Ipſa p ſe vita mortaliū mille erumnis obnoxia eſt? quę ſunt improbis cū probis cōmunes. Eę omnes tibi ceſſerit in cūmulū meritorū: ſi te depræhēderint in via Chriſti, ſin minus: qum maiore moleſtia: tum nullo fructu: ferendæ tamē Qui mūdo militant: primū q̄ multos annos anhelant: ſudāt: tumultuanť? Deinde p q̄ caducis nihiliq; rebus. Poſtremo q̄ ancipiti ſpe. Adde quod illic adeo nullus eſt miſeriarū finis vt quo laboratū eſt diutius: hoc laboreť moleſti⁹. Finis deniq; tā anxiæ atq; laborioſæ vitæ qui tandē? Nempe cruciat⁹ æternus. I nūc & cū hac vita cōpone viā virtutis: quæ ſtatim deſinit eſſe aſpa; fit pgreſſu mollior: fit iucunda: p quā certiſſima ſpe itur ad ſummū bonū Nōne extremę demētiæ ſit: malle pari labore parare mortem æternā: q̄ vitā immortalē? At iſti faciūt vel hoc inſanius, q præeligūt ſummis laboribus ire ad labores phēnes: q̄ mediocribus ad ociū īmortale. Ad hæc ſi maxime laborosior eſſet pietatis via q̄ mūdi: tamen hic laboris aſperitas præmij ſpe lenitur: nec deeſt vnctio diuina: quę facit vt omne fel in mel vertatur. Illic cura curam trahit: dolor ex dolore naſciť, Nec mora: nec requies. Foris labor

et afflictio: intus grauior egritudo. Ipſa lenimenta exaſperãt. Haec ita habere: nec gẽtiles quidẽ poetas fugit: qui per Titij Ixionis: Tãtali: Syſiphi: Pentheiq́ʒ ſuppliciũ: improborũ hominũ erũnũnoſã vitã adũbrãt. Quorũ eſt & illa ſæra in libro ſapiẽtiæ cõfeſſio: Laſſati ſumꝰ in via iniqtatis: & ꝑditionis: ambulauimꝰ vias difficiles: viã aũt domini ignorauimꝰ. Quid Aegyptia ſeruitute vel fœdiꝰ: vel laborioſius? Quid Babylonia captiuitate triſtiꝰ? Quid iugo Pharaonis & Nabugodonoſor intolerabilius? Chriſtus aũt qui dicit: Tollite iugũ meũ ſuper vos: et inuenietis requiẽ aĩabꝰ veſtris: Iugũ eñi meũ ſuaue eſt: & onus meũ leue. In ſũma nulla deeſt voluptas: vbi adeſt trãquilla cõſciẽtia. Nulla nõ adeſt miſeria: vbi cruciat ĩfoelix cõſciẽtia. Hæc iã pluſq̃ certa eſſe oportet. Quod ſi etiã dubitas: ꝯſule eos: qui aliquãdo de medio Babylonis cõuerſi ſunt ad dominũ: & vel illorũ experimento crede: nihil eẽ viciijs turbulẽtius triſtiuſq́ʒ: nihil virtute expeditiꝰ atq́ʒ hilarius. Verũ age: fingito paria ſtipẽdia: pares labores: at quanto tñ optabilius militare ſub ſignis Chriſti: q̃ʒ ſub vexillis diaboli: Immo quanto optabilius affligi cũ Chriſto: q̃ʒ delitijs affluere cum diabolo: Iam vero non erit velis & equis fugiendus dominus: non tantum turpiſſimus: verum etiam duriſſimus & fallaciſſimus: qui tã iniquũ penſum exigit: qui tam futilia ꝓmittit: quibꝰ ipſis non raro fruſtrat̃ miſeros. Aut ſi præſtat rurſus vbi lubitũ eſt tolli: vt maiore egritudĩe amittãt parta: q̃ labore pepererint. Mercator poſteaq̃ʒ faſq́ʒ nefaſq́ʒ cumulãdæ rei ſtudio miſcuit: famã: vitã: aĩam mille ꝑiculis obiecit: ſi quidẽ bene ceciderit fortunæ alea: quid tandẽ aliud ſibi parauit: q̃ʒ miſeræ ſolicitudinis materiã: vt ſeruet cruciatũ: ſi perdat: Sin male: quid reliquũ eſt: niſi vt bis fiat miſer: & quod reſperata fruſtratus eſt: & quod tantũ irriti laboris exhauſtum nõ ſine dolore meminit: Nemo ad bonam mentẽ certo aĩo contendit: qui non peruenerit. Chriſtus vt non irridetur: ita nec irridet. Cogita & illud: qum a mundo fugis ad Chriſtũ: non te relinquere: ſi qua cõmoda mũdus habet: ſed leuiora: cũ potioribus commutare. Quis non oppido lubens argen-

Sapiẽ. 5.

Matth 11.

Ixion ꝑfidię, Titiꝰ libidis, Tãtalus auaritię Pentheus ſuperbiæ Syſiphus latrocinij pœnas luũt apd' poetas.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0055-7

Confutatio argumentorum mũdi contra pie viuentes.

tum auro: ſilicẽ gemma cõmutauerit. Offendunt amici: qđ tũ: inuenies iucũdiores. Carebis voluptatib⁹: ſed frueris int̃nis: quæ ſunt vel ſuauiores: vel ſynceriores: vel certiores. Minuenda res: at creſcũt opes illæ: quas neq; tineæ demoliunt̃: neq; tollunt fures. Deſinis eſſe in pretio apud mundũ. At ꝓbaris authore Chriſto: places pauciorib⁹: ſed meliorib⁹. macreſcit corp⁹: ſed ſaginat̃ anim⁹. Marceſſit nitor cutis: ſed eniteſcit decus animi. At ſi per cætera eodẽ modo cucurreris: intelliges nihil vel falſi boni relinqui mũdo: quod nõ longe prę ſtantiore cõpendio cõpenſetur. Quod ſi qua ſunt: quæ quãq; nõ poſſunt nõ vitioſe deſyderari: ſine vicio tamẽ poſſideri poſſunt: quod genus: opinio popularis: fauor vulgi: grã: authoritas amici: honos virtuti habitus: fere fit: vt primũ quęrentibus regnũ dei: vltra hæc omnia adijciant̃: id quod & ꝓmiſit Chriſtus: & deus præſtitit Solomoni. Fortuna plærumq; ſequitur fugientes: fugit ſequentes. Certe quicquid acciderit diligentibus: nihil non eſſe proſperũ poteſt: quibus diſpendia in compendium: flagella in ſolatium: opprobria in gloriam: cruciatus in voluptatem: triſtia in dulcia: mala vertuntur in bona. Hanc igitur viam dubitas capeſſere: & illam relinquere: qum tam iniqua ſit collatio: imo tam nulla: dei ad diabolum ſpei ad ſpem: præmij ad præmium: laboris ad laborem: ſolatij ad ſolatium.

Matth. 6. — Matth. 6. — Ro. 8.

## ¶ Canon quartus.

Christus Scopus nr̃.

Sed vt certiore curſu queas ad fœlicitatẽ contendere: hæc tibi quarta ſit regula: vt totius vitæ tuæ Chriſtũ velut vnicũ ſcopũ præfigas: ad quẽ vnũ omnia ſtudia, oẽs conatus: oẽ ociũ ac negotiũ cõferas. Chriſtũ vero eſſe puta: nõ vocem inanẽ: ſed nihil aliud: q̃ charitatẽ: ſimplicitatẽ: pacientiã: puritatẽ: breuiter quicquid ille docuit. Diabolum nihil aliud intellige: q̃ quicquid ab illis auocat. Ad Chriſtum tendit: qui ad ſolã virtutem fertur, Diabolo ſe mancipat: qui ſeruit vicijs. Simplex ergo ſit oculus tuus & totum corpus tuum lucidum erit. Ad ſolum Chriſtum: tanquã ad vnicum & ſummũ bonum ſpectet: vt nihil ames; nihil mireris; nihil expetas: niſi aut Chri-

Matth. 6.

ſtū aut propter Chriſtū. Nihil oderis, nihil horreas, nihil fugias, præter vnā turpitudinē, aut ꝓpter turpitudinem. Ita fiet, vt quicquid egeris, ſiue dormias, ſiue vigilas, ſiue edas aut bibas, ipſi deniq; luſus tui, & ocia, dicam audacius, imo & vicia quædā leuiora, in quę nō nunꝗ ad ꝟtutē ꝓperātes incidim⁹, oīa tibi cedant in cumulū præmij. Quod ſi nequam erit oculus tu⁹, & alio ꝗ ad Chriſtū ſpectaris, etiā ſi quę recta feceris, infrugifera fuerint, aut pnitioſa, vicium enim eſt, rem bonam nō bene agere. Tū ad ſummi boni metā recta feſtinanti, quæcunq; obiter occurrunt, eaten⁹ ſunt, aut reijciēda, aut aſſumenda, quaten⁹ curſū tuū aut adiuuant, aut impediūt. Earum rerum ferme triplex eſt ordo. Quædam enī ita ſunt turpia, vt honeſta eſſe nō poſſint, vt vlciſci iniuriā, male velle hoī. Hæc ſemp ſūt ſpernēda, quātouis etiā emolumēto ꝓpoſito, aut cruciatu. Nihil enī eſt, quod bonū virū queat lędere præter vnā turpitudinē. Quædā e regione ita ſunt honeſta, vt turpia eſſe nō poſſint. Quod genus ſunt, bene velle omnib⁹. Iuuare honeſtis rationib⁹ amicos, odiſſe vicio, gaudere pijs ſermonib⁹. Quędam vero media, veluti valetudo, forma, vires, facūdia, eruditio, & his ſimilia. Ex hoc igit̄ poſtremo genere rerū, nihil ꝓpter ſe expetendū, neq; magis minuſue adhibendę ſunt, niſi quaten⁹ cōducūt in ſummā metā Sunt enī & philoſophis qdā fines impfecti ac medij, in quib⁹ nō oporteat conſiſtere, quibuſq; cōueniat vti, nō frui. Verū quę media ſunt, nō eodē mō oīa, aut cōferunt, aut officiūt ad Chriſtum euntibus. Proinde pro momēto quod habent, ſunt aſſumenda, aut repudiāda. Sciētia plus adfert adiumēti ad pietatē ꝗ forma, aut vires corporis, aut opes. Et quanq; oīs eruditio poteſt ad Chriſtū referri, alia tamen alia ꝓpiore via conducit. Ab hoc fine, mediorū omniū vtilitatē aut inutilitatem metire. Literas amas. Recte. Si propter Chriſtum. Sin ideo tantū amas, vt ſcias, ibi cōſiſtis, vnde gradū facere oportebat. Quod ſi literas expetis, vt illis adiutus Chriſtū in arcanis literis latentē latius pſpicias, perſpectū ames, cognitū atq; amatū cōmunices, aut fruaris, accingere ad ſtudia literarū. Verū non vltra ꝗ ad bonā

Matth 6.

Rerum differentia triplex

Scientia primum locum habet inter media.

Gentilium literæ quaten⁹ legendæ.

mētem arbitrere ꝓfuturas. Si tibi cōfidis, & ingens in Chrō lucrū ſperas, ꝑge tāq̃ audax mercator, longi⁹ etiā in gentiliū lr̄is peregrinari, atq̃ Aegyptias opes ad dominici tēpli honeſtamentū cōuertere, Sin metuis pl⁹ diſpendij, q̃ ſperas cōpēdij, ad primā illā regulā redi, noſce teipſum, & tuo te modulo metire. Satis eſt min⁹ ſapere, & amare magis, q̃ magis ſapere, & nō amare. Ergo ſciētia ī medijs principatū obtinet deinde ſunt valetudo, dotes ingenij, facundia, forma, vires, dignitas, gr̄a, authoritas, ꝓſperitas, fama, gen⁹, amici, res familiarı̄. Horū vnūquodq̃, vt ꝓximo curſu ad virtutē cōducet, ita maxime erit adhibēdū, ſed ſi quidē currentibus nobis offerant̄, ſin minus, nō erit tamē horū gratia a ꝓpoſito curſu deflectendū.

Pecunia qualiter vtendū.

Obuenit pecunia, ſi nihil obſtat ad bonā mentē, adminiſtra, para tibi amicos de mammona iniquitatis. Sin bonę mētis times diſpendiū, cōtēne damnoſum lucrū, & vel Craten illum

Crates aurū in mare proiecit.

Thebanū imitare, moleſtā ſarcinā in mare poti⁹ præcipita, q̃ te retardet a Chriſto. Id erit tibi factu procliuius, ſi quēadmodū dixim⁹ aſſueris nihil mirari eorū quæ ſunt extra te. i. quæ nō ꝑtinēt ad hominē interiorē. Ita enī fiet, vt neq̃ inſoleſcas, ſi hæc contigerint, neq̃ diſcrutieris anīo, ſi vel negata fuerīt, vel erepta, quippe qui fœlicitatē tuā vno Chriſto metiris Quod ſi citra tuū ſtudiū cōtingūt, ſolicitior eſto, nō ſecurior, id cogitās, datā tibi diuinitus virtutis exercendæ materiā, ſed picl̄oſam. Quod ſi ſuſpectā habes fortunæ benignitatem, Prome-

Pandore pixis.

theum imitare, ne receperis doloſam pixidē, & expeditus ac nudus ad vnicum illud bonum contende. Qui vero pecuniam vt rem magnā ingenti ſolicitudine expetunt, & in ea ſtatuunt præcipuū vitæ pręſidium, qui ſe beatos putant, ea incolumi, qui miſeros clamitant, qum perijt, ij nimirum plures deos ſibi finxere. Aequaſti Chriſto pecuniā, ſi ea te poteſt fœlicem, aut infœlicem reddere. Quod dixi de pecunia idem de honorib⁹, voluptatibus, valetudine, imo & de ipſa vitā corporis accipe. Tanto ardore ad vnū Chriſtum ſcopum noſtrū oportet eniti, vt horum nihil vacet magnopere curare, ſiue qum datur, ſiue qum tolluntur, Tempus enim breue eſt, vt

1. ad corin. 7.

ait Apl'us,reliquum eſt,vt qui vtunt̄ hoc mundo, ſint tanquā *Opera ſingula qualit' ad Chriſtum referenda.*
non vtentes. Hanc mentē ſcio mundus vt ſtultā & male ſanā
ridet,verū per hanc vnam ſtulticiam placuit deo ſaluos facere
1. Corin.1. credentes. Et quod ſtultū eſt dei,ſapientius eſt hominib⁹. Ad
hanc itaq; regulā,quicqd & agis,exiges. Exerces artē, recte,
ſi ſine fraude,verum quo ſpectas? Vt alas familiam At quor-
ſum tibi familiā? Vt eam Chriſto lucrifacias, bene curris. Ie-
iunas,piū quidē opus, iſpeciē,Sed quo refers tuū ieiunium?
Vt parcas penui,aut vt religioſior habearis, Nequā eſt ocu-
lus tuus. At ieiunas, ne in morbū incurras,qur morbū metu
is, Nec te priuet vſu voluptatū, Vicioſus eſt oculus tuus. Sed
valere vis, vt ſtudio ſufficias. Studiū vero, quo refers? Vt ſa-
cerdotiū aliqđ tibi pares, Sacerdotiū quo anĩo ambis? Nēpe
vt tibi viuas,nō Criſto. Aberraſti a ſigno,qđ Criſtianū opor
tet vbiq; pręfixū habere, Sumis cibū,vt valeas corpe. Sȝ ideo
valere vis corpe,vt ſctis ſtudijs,ſctis vigilijs ſufficias,ſcopū at
tigiſti. Curas aūt valetudinē,ne fias deformior, ne libidini nō
ſufficias,a Chriſto excidiſti, aliū deū tibi faciēs. Sunt,q certos
diuos,certis quibuſdā colunt ceremonijs. Ali⁹ Chriſtophorū
ſingulis ſalutat dieb⁹,ſed nō niſi cōſpecta eius imagine. Quo
tandē ſpectans? Nempe huc, ꝙ ſibi perſuaſerit ſeſe illo die a
mala morte tutū fore. Alius Rochū quēdā adorat, ſed cur?
Quod illū credat peſtē a corpe depellere, Alius Barbaræ,aut
Gęorgio certas p̄culas admurmurat,ne ī man⁹ hoſtiū veniat.
Hic ieiunat Apolloniæ, ne doleāt dētes. Ille viſit diui Iob ſi-
mulachra,vt ſcabie careat. Nōnulli de lucro certā portionem
pauperib⁹ nūcupāt,ne merces naufragio intercidāt. Hieronī
cereolus accēdit̄,vt res quę perijt recipiat̄. In ſumma, ad hūc
modū,quot res ſunt, quas vel timem⁹ vel cupimus, totidē ijs
diuos pręfecim⁹, Qui & ipſi diuerſis natiōibus diuerſi ſunt,vt
id,apđ Gallos valeat Paul⁹,qđ apud noſtates Hieron. neq;
paſſim id valet Iacobus , aut Ioanne,ſquod illo atq; illo loco.
Quę quidē pietas,niſi a reſpectu cōmodorū atq; incōmodo-
rū corporalium ad Chriſtum referatur, adeo Chriſtiana non
eſt,vt nō ita multū abſit a ſuperſtitione eorum,qui quondam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0059-3

Herculi decimę quare vote ſint. Aeſculapio gallus. Neptuno thaurus.

Herculi decimā bonorū partem vouebant, vt diteſcerent, aut Aeſculapio gallū, vt a morbo reualeſcerēt, aut qui Neptuno thaurū cedebant, vt fœliciter nauigarent. Nomia quidē conmutata ſunt, ſed finis vtriſq; cōmunis. Oras deū, ne tibi mors accidat præmatura, & non oras potius vt tibi mentē meliorē largiaꝰ, vt quocunq; loco te mors oppreſſerit, non offendat imparatū. Tu non cogitas de mutanda vita, & deū rogas ne moriaris. Quid igitur oras? Nimirū, vt q̄ diutiſſime pecces Oras diuitias, & neſcis vti diuitijs. Nonne tuā ipſius pernici em oras? Oras bonā valetudinem, & abuteris ſanitate, nōne pietas tua impia eſt? Reclamabiꝰ hoc loco protinꝰ a quibuſdā religioſulis, qui quęſtū exiſtimāt pietatē, & vt idem ait, ꝑ dulces quaſdā benedictiones ſeducūt corda innocētū, ventri ſuo ſeruientes, nō Ieſu Chriſto. ergo ne inquient tu vetas cultū ſanctorū, in quibus deꝰ honoraꝰ, Ergo vero nō tā damno eos, qui hæc ſimplici quadā ſupſtitiōe faciūt, q̄ qui emolumētū ſuū ſequuti, ea q̄ tolerabiliora fortaſſe ſūt, ꝓ ſumma & abſoluta pietate afferunt, & ſuo cōmodo fouēt imperitiā plebis, quā ne ego quidē omnino cōtēno, verū nō ferā, vt media ꝓ ſummis, minima ꝓ maxīs habeant, Laudabo, quod a Rocho ſuo petāt incolumē vitā, ſi eā vitā cōſecrāt Chriſto. Magis aute laudabo, ſi nihil aliud orent, q̄ vt cū odio viciorū augeatur amor virtutū. De moriēdo ac viuendo deo ī manū dent. dicantq; cum Paulo ſiue viuimus, ſiue morimur, dn̄o viuimꝰ ac morimur. Perfectū erit, ſi diſſolui cupiant, & eſſe cū Chriſto, ſi in morbis, damnis, reliquiſq; fortunæ incōmodis, gloriā, & gaudiū ſuū conſtituant, qđ digni habeanꝰ, qui vel hoc modo capiti ſuo conformenꝰ. Ergo nō tā repręhendendū iſtiuſmodi facere, q̄ pernitioſum ī eis conſiſtere, atq; inniti. Tolero infirmitatē, ſed cū Paulo viā demonſtro excellentiorē Ad hanc regulā, ſi ſtudia & actus omnes tuos excuſſeris, neq; vſquam conſtiteris in medijs, donec perueneris vſq; ad Chriſtū, neq; aberrabis vnquā a via, neq; rem vllam in vita, aut facies, aut patieris, quæ tibi non vertatur in materiam pietatis.

Oratio quorundā cur nō auditur.

Contra ſtationarios & Monachos mendicantes

Quid orandum ſit.

Ad Roma. 14. Philip. 1

¶ Canon quintus.

Addamus & quintã regulã huic quaſi ſubſidiariã. Vt in hoc vno cõſtituas pfectã pietatẽ, ſi coneris ſemp a rebus viſibilibus: q̃ fere vel impfectæ: vel medię ſunt: ad inuiſibilia ꝓficere iuxta ſuperiorẽ hoĩs diuiſionẽ. Hoc præceptũ adeo ad rem ptinet: vt ei⁹ ſiue neglectu: ſiue inſcitia: plærìq; Chriſtiani pro pijs ſint ſupſtitioſi: & præter cognomẽ Chriſti: non admodũ abſint a ſupſtitiõe gentiliũ, Duos igit̃ quoſdã mundos imaginemur: alterũ intelligibilẽ tantũ: alterũ viſibilẽ: Intelligibilẽ: quã & angelicũ licebit appellare: in quo deus cũ beatis mentibus: viſibilẽ: cœleſtes ſpheras: & quod in his includit̃. Tum hominẽ veluti tertiũ quẽdã mundũ vtriuſq; participẽ: viſibilis ſecundũ corpus: inuiſibilis ſecundũ animã: In mundo viſibili quoniam peregrini ſumus: nuſq̃ oportet cõquieſcere: ſed quicqd occurrit ſenſibus: id apta quadã collatiõe vel ad mundũ angelicũ: vel (q̃d eſt vtili⁹) ad mores: & ad illi reſpõdentẽ homĩs ptẽ referre. Quod ſol hic viſibilis ĩ mũdo viſibili: id diuina mẽs in mũdo ĩtelligibili: & in ei cognata tui pte puta ſpũ Qd' illic luna: hoc in illo cœtus angeloꝝ & aĩaꝝ piaꝝ: quã vocãt eccleſiã triũphãtẽ: hoc & in te ſpũs Quicqd agit mũd⁹ ſuperior: in ſibi ſubiectã terrã: hoc agit de⁹ in tuã animã. Occidit ſol: orit̃: æſtuat: temperat̃: viuificat: ꝓducit: maturat: attrahit: extenuat: purgat: durat: emollit: illuſtrat: ſerenat: exhilarat Ergo qcquid ĩ eo vides: imo qcqd ĩ hoc craſſiore mũdo: qui cõſtat ex elementis: quem nonnulli a reliquis diſtinxere: deniq; qcquid ĩ craſſiore tui parte: id aſſueſcas ad deũ atq; inuiſibilẽ tui portionẽ inferre. Ita fiet: vt qcquid vſq̃ ſeſe ſenſib⁹ obiecerit: id tibi fiat occaſio pietatis. Quũ delectat oculos corporeos: quotiẽs ſol hic viſibilis nouo lumĩe ſeſe terris infundit: tu protinus cogito quæ ſit voluptas cœlitũ: quibus æternus ille ſol ſemper oritur: nec vnquã occidit: quantum illud gaudium puræ mentis: cui diuinum lumen irradiat. Atq; admonente creatura viſibili: ora verbis Paulinis: vt qui dixit de tenebris lucẽ ſplẽdeſcere: ipſe illuceſcat in corde tuo ad illuminationẽ ſciẽtię claritatis dei ĩ facie Chriſti Ieſu. Repete conſimiles locos e ſacris libris: in quib⁹ paſſim gr̃a ſpũs diuini: lu-

Tres mundi

z. ad corin. 4.

Gratia dei lumini cõparatur.

mini cōparaṫ. Triſtis tibi nox ac tetra videṫ. Animā cogita diuino lumīe deſtitutā, ac vitijs caligantē. Et ſi quid noctis intra te deprehenderis, ora vt tibi exoriaṫ ſol iuſticiæ, Sic aūt exiſtima adeo nullas nō eſſe res inuiſibiles, vt eæ quæ videnṫ præ illis vix vmbræ quædā ſint, tenuē modo quandā imaginē illarū oculis repreſentātes. Proinde quicqd in corporeis reb⁹ ſenſus aut appetūt, aut horrent, idē cōueniet in internis ſpiritū lōge magis amare, aut odiſſe. Arridet oclis decora ſpecies corporis, cogita ꝙ honeſta res ſit ſpecies anīę. Inſuaue quiddā videṫ, deformis vultus, memento ꝙ odioſa res ſit mēs vitijs deturpata. Atq; itē de reliquis facito. Eſt enī animæ, vt ſua quædam venuſtas aut deformitas, qua viciſſim deo placet ac diabolo, ſimilis ſimili, ita eſt, et ſua quędā iuuenta, ſenecta, morb⁹, ſanitas, mors, vita, paupertas, opulentia, voluptas, dolor, bellum, pax, frigus, calor, ſitis, potus, fames, cibus, breuiter, quicqd ſentiṫ in corpe, id intelligendū eſt in anīa. Ergo in hoc eſt iter ad vitā ſpiritalē ac pfectā, ſi ſenſim aſſueſcamus adduci ab ijs, quæ vere nō ſūt, ſed partim apparent eſſe quod nō ſūt, vt voluptas turpis, honor mūdi, partim fluunt, atq; in nihil redire feſtināt, rapiamurq; ad illa quæ vere ſunt, æterna, incommutabilia, ſyncera. Id quod vidit & Socrates, vir nō tam lingua, ꝙ vita philoſoph⁹, Ait enī ita demū anīaȝ fœliciter emigrare e corpore, ſi prius per philoſophiā mortē fuerit diligenter meditata, & multo ante per rerū corporaliū contēptū, & ſpiritaliū amorē ac cōtemplationē, aſſueuerit tanꝙ a corpore abeſſe. Neq; aliud eſt crux illa, ad quā nos vocauit Chriſtus neq; aliud mors, qua nos capiti cōmori vult Paulus, quēadmodū dicit et ꝓpheta. Quoniā propter te mortificamur tota die. Aeſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſiōis. Et quod alijs verbis ſcribit Apoſtolus. Quæ ſurſum ſunt quærite, nō quæ ſup terrā, quæ ſurſum ſunt ſapite, ꝙ vt ad res corporeas obſtupeſcamus, & tanꝙ inſenſibiles reddamur, vt tāto magis ſapiam⁹ in his quę ſunt ſpūs, quanto magis in illis deſipuerimus. Tanto verius intus incipiamus viuere, quāto minus vixerimus foris Deniq; vt dicam planius, eo minus nos moueant caducæ

Opera corporis qualiter ad animā referenda ſint

Mortis meditatio.

Crux Chriſti

Luce. 9

2. ad Thimothe. 2.

et ad roma. 6.

Ps. 43.

ad col. 3.

quo magis cognitæ fuerint æternæ: hoc min⁹ miremur vmbraticas: quo magis ſuſpicere cœperim⁹ veras. Ergo hæc regula ſemp̄ ad manū habenda: necubi in rebus tēporarijs reſtitem⁹, ſed inde veluti gradu facto ad ſpiritaliū amorem adhibita collatiōe aſſurgamus, aut prę his quæ ſunt inuiſibilia, id qđ eſt viſibile cōtemnere incipiamus. Tolerabilior erit morbus corporis, ſi cogitaris eū remediū eſſe anīæ. Min⁹ eris ſolicitus de valetudine corp̄is, ſi totā curā ad tuēdā anī valetudinē cōuerteris. Terret te mors corporis, multo magis formidanda mors anīæ. Horres venenū viſibile, qđ p̄nitiē adfert corp̄i, lōge magis horrendū vir⁹, qđ interimit anīam. Cicuta venenū corp̄is, at multo p̄ſentius, venenū anīę voluptas. Horreſcis, exalbeſcis, metuens, ne te feriat fulmē, qđ e nubibus emicat, & quāto magis formidādū ne veniat ī te fulmē inuiſibile iræ diuinæ. Ite maledicti in ignē æter nū? Rapit te venuſtas corporis, qur nō magis ardes eā ſpeciē quæ latet. In eam transfer amorē tuū, quę p̄petua eſt, quæ cœleſtis, quæ incorrupta, & moderatius amabis formā caducā & fugacē corporis. Oras vt cōpluaī ager ne ſitiet, magis ora, vt deus cōpluat mētē tuā ne a virtutū fruge ſterileſcat. Magna cura reſarcis diſpendiū rei pecuniarię, maxima cura reſarcienda iactura mentis. Proſpicis in ſenectā, ne q̄d deſit corpori, & nō cōſulendū ne quid deſit anīo? Atq̃ hoc quidē faciendū in his rebus, quæ quotidie ſunt obuiæ ſenſibus noſtris, atq̃ eos pro varietate ſpeciei, varie afficiūt, ſpe, metu, amore, odio, dolore, voluptate, Idem obſeruandū in omnib⁹ literis, quæ ex ſimplici ſenſu, & myſterio, tanq̄ a corp̄e atq̃ animo cōſtant, vt contempta litera, ad myſteriū potiſſimū ſpectes. Cuiuſmodi ſunt literæ poetarum oīm, & ex philoſophis Platonicorū. Maxime vero ſcripturę diuinæ, quę fere Silenis illis Alcibiadeis ſiles, ſub tectorio ſordido ac pœne ridiculo, merū numē claudūt. Alioq̄ ſi ſine allegoria legeris, Adæ ſimulachrū de argilla vda formatū, eiq̃ inſpiratā animā, Aeuā de coſta ſubductā, interdictū, ne de ligno ederent. Serpentē ſuaſorē, deū inambulantē ad aurā, cōſcios latitantes, Angelum cū rhomphea verſatili forib⁹ paradiſi

Voluptas venenum.

Matth 25.

Literę ex ſimplici ſenſu & myſterio tanq̃ ex corpore & animo conſtant.

De Silenis Alcibiadis vide authorē in maiorib⁹ adagijs.

Gene. 2 et.3.

additũ:ne eiectis pateret reddit⁹:breuiter totã orbis cõditi hy
ſtoriã:ſi nihil vltra ſuperficiẽ quęſieris:nõ video qd ita multo
mai⁹operæpciũ ſis factur⁹: ꝙ̃ ſi cãtaueris luteũ ſimulachrum
Promethei: ignẽ dolo ſubductũ: eũ ſimulachro inditũ: lutũ
aĩaſſe. Imo fortaſſe pluſculo fructu legeť fabula poetica cum
allegoria:ꝙ̃ narratio ſacrorũ librorũ:ſi cõſiſtas in cortice. Si
te legentẽ admonet fabula gigantũ: nõ eſſe pugnãdũ cũ ſupe
ris:aut abſtinẽdũ eẽ ab ijs ſtudijs: a qb⁹ natura abhorret:ad-
ijciendũ aĩm ad ea (mõ honeſta ſunt) ad quæ natura propenſi
or es:vti ne cõiugio te impedias: ſi tuis morib⁹ cœlibat⁹ ma-
gis cõuenit:rurſũ:ne cœlibatui te addicas:ſi coniugio videris
vtilior. Fere enĩ ĩfœliciť euenire: quæ tẽtes inuita Minerua.
Si te Circes pocula docẽt: hoĩes voluptatib⁹ tãꝙ̃ veneficijs
demẽtari: vertiꝗ̃ prorſus ex hoĩbus in pecudes: Si Tantalus
ſitiẽs: miſerrimũ eſſe: opib⁹cõgeſtis inhiantẽ vti nõ audere: ſi
Siſyphi ſaxũ: laborioſã et miſerã eſſe ambitionẽ. Si Herculis
labores admonẽt:honeſtis ſtudijs et ĩduſtria infatigata parari
cœlũ:nõne hoc diſcis ĩ fabula:qđ præcipiũt philoſophi et the
ologi vitæ mgrĩ? At ſi citra allegoriã legeris:infantes ĩ vtero Gene.
colluctantes. Vẽdita pulmẽto primogenita: bñdictionẽ pr̃is 25.
dolo præreptã: Goliad funda Dauid ictũ: Sãpſoni deraſũ ca- Gene.
pillũ:nõ ita magni refert: ꝙ̃ ſi poeticũ legas figmẽtũ. Quid ĩ- 27.
tereſt:regũ ãt iudicũ libros legas: an Liuianã hiſtoriã:mõ in Judi.
neutra ſpectes allegorcã? Nã in illa multa inſunt q̃ mores cõ- 16.
munes emẽdẽt:in hac nõnulla etiã abſurda in ſpeciẽ: & q̃ ſum
ma cute intellecta moribus officiãt. Veluti latrociniũ Dauid,
Adulteriũ homicidio ẽptũ. Sãpſon pdite amãs. Furtiuus filia Judit.
rũ cũ Loth cõcubit⁹atꝗ̃ id gen⁹alia mille. Proinde vbiꝗ̃ cõ- 16.
tẽpta carne ſcripturę: maxĩe veteris teſtamẽti:ſpũs myſticũ ri
mari cõueniet. Hoc tibi ſapiet mãna:qđ palato tecũ attuleris.
Sȝ ĩ eruendis myſterijs: nõ oportet anĩ tui ꝯiecturas ſeq:verũ
cognoſcẽda rõ & velut ars quædã:quã tradit Dionyſius qdã
ĩ libro de diuinis noĩb⁹: & diu⁹Auguſtin⁹ ĩ corpe de doctrĩa
Chriſtiana. Paul⁹ aũt Aplus poſt Chr̃m fontes q̃ſdã aperuit
allegoriarum, Quẽ ſequutus Origenes:in hac pte theologiæ

Marginal notes (left): Hinc Boemorũ error pullulat qui in ſola litera hęrẽt. — I. Regũ xvij — 2. Regũ .II. — Geneſis.xix. — Theologia qualiter exponi debeat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0064-7

facile principatũ obtinet Eã vero nr̃i Theologi, aut aſpernãt͂ fere aut oppido q̃ frigide tractãt: ĩ acumĩe diſſerẽdi veterib⁹ vel pares: vel ſuperiores: in hui⁹ muneris tractatiõe ne cõferẽdi quidẽ cũ illis: idq̃ duab⁹ potiſſimũ (vt cõijcio) de cauſis: qđ non poteſt non frigere miſteriũ: qđ non eloquentiæ viribus ac dicẽdi lepore quodã cõdiat͂: q̃ in re præcelluerunt veteres: nos ne attingim⁹ quidẽ. Altera: qđ vno Ariſtotele contenti: Platonicos & Pythagoricos arcẽt e ludis At hos poſteriores p̃fert Auguſtin⁹: nõ ſolũ quod pleraſq̃ ſententias hñt admodũ cõſentaneas nr̃æ religioni: verũ etiã qđ ipm dictiõis gen⁹ figuratũ: vt dixim⁹: & allegorijs frequẽs propius accedit ad ſermonẽ ſacræ ſcripturæ. Nõ igit͂ mirũ ſi cõmodius tractauerũt allegorias Theologicas qui dicẽdi copia rem quãlibet etiã ieiunã ac frigidã: locupletare & cõueſtire poterãt: tũ qui omnis antiquitatis doctiſſimi, qđ ĩ myſterijs diuinis erat faciendũ: id fuerãt olim in poetis: & Platonicis libris meditati. Horũ igit͂ cõmẽtationes te malo euoluere: vtpote qui nõ ad ſcholaſticã cõcertationẽ: ſed ad bonã mentẽ te inſtituã Quod ſi nõ aſſequeris myſteriũ: memineris tamẽ ſubeſſe: quod quidẽ vel incognitũ ſperare præſtabilius eſt: q̃ in lr̃a occidente cõquieſcere. Neq̃ id mõ in veteri teſtamento: verũ etiã in nouo. Habet euãgeliũ carnẽ ſuã: habet & ſpiritũ. Nam etiã ſi detractũ

1. corin. 13. eſt velũ a facie Moſi: tñ adhuc Paulus videt per ſpeculũ & in

Joã. 6. enygmate: & vt apud Ioannẽ ipſe dixit Chriſtus. Caro non prodeſt quicq̃: ſpũs eſt qui viuificat. Mihi quidẽ religio fuiſſet dicere: nõ prodeſt quicq̃: ſatis fuerat futurũ: caro nõnihil

2. corin 3. prodeſt, ſed multo amplius ſpũs Nũc ipſa dixit veritas nõ ꝓdeſt quicq̃. Adeoq̃ nõ ꝓdeſt: vt iuxta Paulũ mortifera: niſi ad ſpiritũ referat͂. Alioqui vel hoc vtilis eſt caro: quod infirmitatẽ quaſi gradibus quibuſdã ducit ad ſpiritũ. Corpus ſine ſpũ nõ poteſt ſubſiſtere: ſpiritus corpore nihil eget. Quod ſi Chriſto authore tãta res eſt ſpũs: vt ſola viuificet: huc tendẽdũ: vt in oĩb⁹ literis oĩb⁹ actibus ſpm̃ reſpiciam⁹: nõ carnẽ. Et ſi quis obſeruauerit: anĩaduertet: hoc vnũ eẽ: quo nos vocãt int͂ ꝓphetas præcipuus Eſaias: inter apoſtolos Paulus: q nul-

Theologi moderni quãtum a priſcis degenerent.

Theologiæ ſtudiũ cur hodie friget.

Spiritus eſt qui viuificat.

ſa pœne epiſtola: nō hoc agit: nō inculcat: nihil fidēdū eſſe car
ni, in ſpū eſſe vitā: libertatē: lumē: adoptionē: & fructus illos

Legis carnē qualiter Chriſtus cōtempſit prę ſpū.

optabiles quos enumerat. Carnē vbiqꝫ cōtēnit: damnat: diſ-
ſuadet. Attēde: & dephendes paſſim hoc idē agere pceptorē
noſtrū Iheſum: dum in tollēdo de puteo aſino: in illuminādo
cœco: ī cōfricādis hariſtis: in nō lotis manib⁹: in cōuiuijs pec
catorū, in parabola pharizei & publicāi: in ieiunijs: in fratrib⁹
ſecūdū carnē: in glia Iudeorū: qd' eſſent filij Abrahę: in mūeri
bus offerendis: in orōnibus: in philacterijs dilatatis: multiſqꝫ ſi
milib⁹ locis: cōtēnit carnē legis & ſupſtitionē eorū: q malebāt Ioā. 4.
eſſe Iudei ī māifeſto ꝙ̄ ī occulto. Et quū dicit muliercule Sa-
maritanæ. Mulier crede mihi quia venit hora: qn̄ neqꝫ ī mōte
hoc: neqꝫ in Hieroſolimis adorabitis patrē. Sed venit hora &
nūc eſt: qū veri adoratores adorabūt patrē in ſpū & veritate
Nā & pr̄ tales quærit: q adorēt eū. Spūs eſt de⁹: et eos q ado

Aqua in vinum myſtice

rāt eū: in ſpū & ꝟitate oportet adorare. Idē facto ſignificauit Ioā. 2.
quū in nuptijs aquā frigidæ & inſipidæ lr̄æ: vertit ī vinū ſpūs
ad vitæ vſqꝫ cōtēptū aīas inebriās ſpiritales. Et ne magnū
putes: qd' iſta contēpſit Chriſtus: quæ mō cōmemorauimus
Imo cōtēpſit & carnis ſuæ manducationē: et ſanguinis potū:
niſi & ſpiritualiter edatur atqꝫ bibať. Quibus enī putas iſta lo

Superſtitiō ẽ vulgi.

cutus eſt: caro nō prodeſt quicꝙ̄: ſpūs eſt qui viuificat? Nēpe Ioā. 6.
nō ijs: qui euangelio de collo ſuſpēſo: aut cruce ærea: ſe tutos
ab oī malo putāt: idqꝫ pfectā religionē exiſtimāt: ſed qb⁹ ſum
mū myſteriū de ſumēdo corpe ſuo aperuerat. Si res tāta nihil
eſt: imo ſi pnitioſa: qd eſt qur vllis alijs rebus carnalib⁹ fidam⁹:

Miſſam non qui quotidie ſed qui debite legit meretur.

niſi adſit ſpūs? Tu forte quotidie ſacrificas: & tibi viuis: neqꝫ
ad te ptinēt incōmoda pximi tui Adhuc ī carne es ſacramenti
Verū ſi ſacrificās das opam id eē: qd' illa ſūptio ſignificat pu-
ta idē ſpūs cū ſpū Chriſti: idē corpus cū corpe Chriſti: viuum
mēbrū ecclię. Si nihil amas niſi ī Chriſto: ſi oīa tua bona putas
oīb⁹ eſſe cōmūia: ſi oīm īcōmoda tibi pīde vt tua dolēt: ita de
mū magno fructu ſacrificas: nēpe qa ſpūalit̃ Si te ſent̃ ī. Chri
ſtū quodāmodo trāſfigurari: & iā min⁹ minuſqꝫ inteipſo vi-
uere: ſpūi gratias age: q ſol⁹ viuificat. Multi ſūt quoqꝫ die ſa-

cris adfuerit nũerare ſolẽt: atq; hac re tanq̃ maxĩa freti: q̃ſi iã nihil p̃terea debeãt: Chriſto ita tẽplis egreſſi: ad priſtĩos mores redeũt. Qđ carnẽ pietat amplectũt laudo: q̃d illic ꝯſiſtũt: nõ laudo. Peragat̃ ĩ te: qđ illic oculis rep̃ſentat̃. Rep̃ſentat̃ mors capitis, excute te int⁹ ĩ ſinu: qđ aiũt: q̃ ꝓpe tu mortu⁹ mũdo. Qđ ſi te totũ adhuc poſſidẽt: ira: ãbitio: cupiditas: voluptas: ĩuidia: etiã ſi ꝯtĩgas altare: ꝓcul tñ abes a ſacro. Occiſ⁹ eſt ꝓ te Chriſt⁹: macta et tu pecudes iſtas. Sacrifica temetipſũ illi: q ꝓ te ſemet ĩmolauit pr̃i. Hæc ſi ne cogitas qdẽ, & in illo cõfides: odit de⁹ pĩguẽ tuã & craſſã religionẽ. Baptizat⁹ es: ne ꝓtin⁹ te Chriſtianũ putes Mẽs tota nihil niſi mũdũ ſapit: in manifeſto Chriſtianus es: in occulto gentilior gentibus. Qur ita? Quia corpus ſacramẽti tenes: ſpiritu vacas. Ablutũ eſt corpus: qd refert dum animus manet ingnat⁹? Sale contacta eſt caro: qd tũ: ſi ĩſulſus manet anĩus? Vnctũ eſt corp⁹: at inũct⁹ aĩm⁹ Sin cõſepult⁹ es Chriſto intus: et iã cũ eo in nouitate vitę meditaris ambulare agnoſco Chriſtianũ. Aſp̃geris aquula cõſecrata: quorſũ attĩet: mõ tu int̃nas ſordes nõ abſtergas ab aĩo? Veneraris diuos: gaudes eorũ reliq̃as ꝯtingere. Sed cõtẽnis: qđ illi reliq̃rũt optimũ: puta vitæ purę exẽpla Nullus cultus grauior, Marię: q̃ ſi Marię hũilitatẽ imiteris. Nlla religio ſctĩs acceptior magiſq; ꝓpa: q̃ ſi ꝟtutẽ illoꝝ exp̃mere labores. Vis tibi demereri Petꝝ ãt Paulũ? alteri⁹ fidẽ: alteri⁹ imitare charitatẽ: et pl⁹ ſecerit: q̃ ſi decies Romã curſitaris. Vis ſũmo honore Frãciſcũ efficere? Elat⁹ es: admirator pecũiæ es: ꝓtetioſ⁹ es: largire h⁹ diuo: cõpeſce aĩos: & exẽplo Frãſci eſto modeſtior: ꝯtẽne ſordidũ lucrũ: et inhia bonis aĩ. Remitte ꝯtẽtioꝫ: et vice bono malũ. Iſtũ honorẽ plur faciet diu⁹ ille: q̃ ſi centũ illi cereos accẽdert Magnũ qddã putas: ſi Frãciſci cucllo obuolut⁹ ſepłchro ĩferaris? Nihil ꝓderit veſt ſilis mortuo tibi: ſi mores fuert diſſimiles viuo. Et q̃q̃ vniuerſæ pietat exẽplar: a Chriſto cõmodiſſime petit̃: tñ ſi Chriſti cult⁹ in ſctĩs ei⁹ te impẽdio delectat: Chriſtum facito in ſctĩs imiteris: et ad ſingulorũ honorẽ ſingula vicia mutare: aut ſingłas ꝟtutes amplecti ſtude. Hoc ſi acceſſerit: iã et illa quæ foris fiunt: nõ improbabo Sũ-

Miſſe qualiter audiendæ

Baptiſm⁹ nõ facit Chriſtianum.

Aqua benedicta.

Sancti qualiter ꝓprie colendi ſunt.

Peregrinatio

Religiõis habitum inducere in morte

Reliquiæ ſanctorum quatenus venerandæ.

ma veneratiõe cõplecteris cineres Pauli: nõ dãno: ſi ſibi ↄſtat
tua religio. Si veneraris cinerẽ mutũ & mortuũ: & viuã illius
imaginẽ: adhuc loquẽtẽ: ac tanq̃ ſpirãtẽ: qui in illi⁹ lr̃is ſuper
eſt: negligis: nõne p̄poſtera eſt tua religio. Adoras oſſa Pauli
in loculis cõdita: nõ adoras mẽtẽ Pauli: ĩ ſcriptis latẽtẽ. Mag
ni facis fragmentũ corpis: p vitrũ pſpicuũ: & nõ miraris totũ
animũ Pauli p lr̃as pellucentẽ. Cineres colis: ad quos nõnũq̃
vicia tollunt corporũ, qur nõ lr̃as magis qb⁹ vicia ſanant aĩa
rũ. Signa iſta mirent fideles: qb⁹ data ſũt: tu fidelis libros illi⁹
amplectere: vt q ñ diffidis deũ oĩa poſſe: diſcas illũ ſup oĩa di

Chriſt⁹ quomodo honorandus.

ligere. Honoras imaginẽ vult⁹ Chr̃i ſaxo lignoue deforma
tã: aut fucatã colorib⁹: multo religioſius honorãda mẽt illi⁹
imago: q̃ ſpũſcti artificio expſſa ẽ lr̃is euãgelic. Null⁹ Apel
les ſic effingit penicillo liniamẽta figurãq; corpis: vt ĩ oratiõe
cuiuſq; relucet imago mẽtis: pſertĩ in Chriſto: q quũ eẽt ſum
ma ſimplicitas veritaſq; nihil oĩno poterat eẽ diſſilitudis inter
archetypũ diuini pectoris: & inde ductã imaginẽ ſermõis Vt
nihil pr̃i ſilius: q̃ fili⁹: pr̃is ꝟbũ: ex intimo illi⁹ corde ꝓmanãs:
ita Chriſto nihil ſilius q̃ Chriſti ꝟbũ: de pectoris illi⁹ ſctiſſimi
adytis redditũ. Et hãc imaginẽ: nõ miraris: nõ adoras: nõ ocu

Reliquię vere Chriſti.

lis pijs colluſtras: nõ aĩo ãplecteris Tã ſctãs: tã efficaces habes
dñi tui reliq̃as: & his neglectis: mlto q̃ris alieniora. Attoni
tus ſpectas tunicã: aut ſudariũ qd' fert Chriſti: & ſomniclos⁹
legis oracula Chriſti. Maxĩo mai⁹ eſſe credis: qd' crucis porti

Crux Chriſti non tam venerãda q̃ myſteriũ crucis.

unculã domi poſſides. At iſtud nihil eſt: p̄ illo ſi myſteriũ cru
cis ĩ pectore cõditũ geſtes. Alioq ſi iſta faciũt religioſũ: qd re
ligioſi⁹ Iudeis: q̃rũ impijſſimi plerīq;: Ieſũ tñ in carne viuen
tẽ oclis viderũt: aurib⁹ audierũt: manibus cõtrectarũt. Quid
Iuda fœlici⁹: q ore os diuinũ pſſit? Adeo ſine ſpũ nõ ꝓdeſt ca
ro qcq̃: vt ne ꝟgini qdẽ mr̃i ꝓfuturũ fuerit: qd' eũ de ſua car

Corpus Chriſti nec Marię profuiſſet ſine ſpiritu.

ne genuit: niſi & ſpũ ſpm̃ illi⁹ ↄcepiſſet: Maximũ hoc: ſꝫ audi
mai⁹. Apl̃i donec corporeo Chriſti cõtubernio fruerent nõ
ne legis q̃ fuerĩt imbecilles: q̃ pingue qddã adhuc ſapuerĩt:
Quis aliud ad abſolutã ſalutẽ deſyderarer: q̃ tã diuturnũ dei
atq; hoĩs cõuictum? Et tñ poſt edita miracula: poſt tot annis

exhibitã diuini oris doctrinã: poſt tot argumenta reſuſcitati:
nõne ſup̄ma hora: tã recipiẽd⁹ in cœlũ exprobat eis ĩcreduli
tatẽ illorũ Quid igit̃ ĩ cauſa? Nẽpe obſtabat caro Chriſti: atq;
Mar. 16. inde eſt: qđ ille dicit: Niſi ego abiero: paraclet⁹ nõ veniet. Ex
Joan. 16. pedit vobis vt ego vadã. Chriſti corporea p̄ſentia: inutilis ad
ſalutẽ: & ĩ vlla p̄terea re corporali audebim⁹ perfectã pietatẽ
2 cor. 5. ſtatuere? Paul⁹ viderat Chriſtũ ĩ carne: qđ hoc mai⁹ eſſe pu-
tas? At ille ꝯtẽnit dicẽs Etſi Chriſtũ inqt nouim⁹ ſcđm carnẽ:
ſed iã nunc nõ nouim⁹ Quare nõ nouerat? Qui ꝓfecerat ad
meliora chariſſmata ſpũs Verboſi⁹ forte hęc diſputo: q̃ ꝯueniat
ei: q reglas tradat. Verũ ideo facio accurati⁹: neq; ſine graui-
cauſa: qđ re ipa cõpertũ habeã: hũc errorẽ cõmunẽ eſſe peſtẽ
toti⁹ Chriſtianiſmi: q̃ vl hoc grauiorẽ p̄nitiẽ adfert: qđ ſpetie
qdẽ pietati ꝓxima eſt. Nulla enĩ piculoſiora vicia: q̃ quæ vir
tutẽ imitant̃. Nã prætereq; q bonis etiam lubricus in ea lapſus
eſt nulla difficili⁹ corrigũt̃: ꝓpterea qđ vulgus imperitũ reli-
gionẽ violari credit: dũ iſtiuſmõi reprehendunt̃ Reclamet ilico
mũd⁹ et oblatrẽt clamoſi quidã cõcionatores: q iſta libẽter ĩ
tus canũt: videlicet nõ ad Chriſtũ: ſed ad ſuũ cõpendiũ reſpi-
ciẽtes. Ob quorũ vel ĩperitã ſup̄ſtitionẽ: vl fictã pietatẽ ſępius
mihi teſtãdũ eſt: me nequaq; taxare corporales ceremonias,
Chriſtianorũ: & ſtudia ſimpliciũ: p̄ſertim ea quæ eccleſiaſtica
cõprobauit authoritas. Sunt enĩ nonnũq; tũ indicia: tũ admi-
nicula pietatis. Quæ qm̃ fere neceſſaria ſunt infantib⁹ in Chri
ſto: donec grãdeſcãt & occurrãt in virũ p̄fectũ tñ ne a p̄fectis
quidẽ cõuenit faſtidiri: ne exẽplo lædant̃ infirmi. Quod facis
ꝓbo: ſi mõ finis vicioſus nõ ſit: tũ ſi ibi nõ figis metã: vñ gra-
dũ factũ oportebat ad ſaluti ꝓpiora: Verũ Chriſtũ ĩ viſibilib⁹
reb⁹ ob viſibilia colere: & in his faſtigiũ religiõis ponere: hinc
ſibi placere: hinc alios dãnare: his inſtupeſcere atq; adeo ĩmo-
ri: & vt ſemel dicã: his ipſis a Chriſto auocari quæ ad hoc tan-
tũ adhibent̃: vt ad eũ cõducãt: hoc eſt nimirũ a lege euange-
lij quæ ſpiritalis eſt: deſciſcere: & ĩ Iudaiſmũ quedã recidere:
neq; min⁹ forte periculoſum: q̃ ſine hac ſup̄ſtitiõe magnis &
apertis anĩ vitijs laborare. Capitalior hic quidẽ morb⁹. Eſto:

Pręſentia corporis Chriſti non ſaluat nos.

Prædicatorũ quorundã hypocriſis & ſtultitia.

Cæremoniæ eccleſiaſticæ quando obſeruandæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0069-8

ſed ille iſanabilior. Quantũ vbiq; ſudauit p̃cipuus ille ſpũs aſ-
ſertor Paulus, vt Iudeos a fiducia opm abductos, ad ea q̃ ſũt
ſpiritalia ꝓmoueat. Atq; huc denuo vulgus Chriſtianorũ vi
deo reuolutũ. Quid aũt dixi vulgus? Ferendũ hoc, niſi & ſa
cerdotũ & doctorũ bonã partẽ, deniq; greges eorũ qui ſpiri-
talẽ vitã vocabulo et vultu ꝓfitẽt pœne totos hic error occu

Ceremonijs nimiũ inhiantes quantum aberrent.

paſſet. Si ſal infatuatũ eſt, vñ ſalient̃ cęteri? Pudet me referre, Matth 5.
quãta ſupſtitiõe plęriq; iſtorũ obſeruẽt ceremoniales q̃ſdã ab
homũculis, nõ tñ hoc aĩo iſtituas, q̃nto odio eaſdẽ ab alijs fla-
gitẽt, q̃nta ſecuritate his fidãt, q̃nta temeritate alios iudicẽt, q̃n
ta cõtentiõe tueant̃. His factis ſuis cœlũ deberi putãt, in qb⁹
ſi qñ occaluerint, iã Pauli atq; Antonij ſibi videntur, incipiũt
magno ſupercilio alienę vitę cenſurã exercere, ad imperitorũ
(vt ait Comicus) regulã illã, vt nihil niſi qđ faciũt rectũ putẽt

Theologorũ ac religioſorũ egregiæ virtutes.

Cæterũ vbi in ſuo inſtituto cõſenuerũt, videbis eos nihil ad-
huc Chriſti ſapere: ſed animales, ac triſtib⁹ quibuſdã vicijs ma
dentes, in cõuictu moroſos ac vix etiã ſibi tolerabiles, charita
te frigidos, ira feruidos, odio ptinaces, lingua virulẽtos, ĩ exer
cẽdis ſimultatib⁹ ĩuictos. ꝓ re q̃uis nihili depugnare paratos:
adeoq; alienos a pfectiõe Chriſti, vt ne cõmunib⁹ qdẽ virtu-
tibus ſint præditi, quas etiam ethnicis, vel ratio natura inſita,
vel vſus vitę, vl' philoſophorũ p̃cepta parãt. Indociles, ĩtracta
biles, rixoſos, voluptatum auidos, ad verba diuina nauſeabũ-
dos, nulli cõmodos, de alijs male ſuſpicaces, ſibi blandientes.
Huccine tot annorũ laboribus deniq; peruẽtũ eſt, vt peſſim⁹
ſis, & optim⁹ tibi videare? vt pro Criſtiano ſis Iudeus. mutis
tantũ elementis ſeruiẽs? vt gloriã habeas nõ in occulto apud
deũ, ſed in manifeſto apud hoĩes? Quod ſi in ſpũ ambulaſti,
non in carne, vbi fruct⁹ ſpũs? vbi charitas? vbi gaudiũ illud Ga. 5

Chriſtin⁹ debet Chriſti imaginem in moribus repręſentare.

animi? vbi pax erga omnes? vbi patientia? longanimitas,
bonitas, benignitas, mãſuetudo, fides, modeſtia, cõtinentia,
caſtitas? vbi Chriſti imago ĩ tuis morib⁹? Non ſũ inquis ſcor
tator, nõ fur, non ſacrilegus, & obſeruo quæſum profeſſus,
At qd eſt hoc aliđ, q̃ nõ ſũ ſicut ſũt cęteri homĩes, raptores,
adulteri, & ieiuno bis ĩ Sabbato? Malo malo publicanũ hũilẽ Luce 18

& miſericordiā implorantē, ꝙ iſtud iuſtorū genꝰ, ſua bn̄facta
cōmemorantiū. Quid aūt ꝓfeſſꝰ es, an ne faceres qđ olī ī bap
tiſmo iuraſti, te Chriſtianū, hoc eſt ſpiritalē, non Iudeū futurū,
Matth Quippe q ꝓpter tradiciūculas hoīm trāſgrederis mādata dei
15. An nō Chriſtianiſmꝰ eſt vita ſpiritalis? Audi Paulū Roma-
Ad Ro nis loquētē. Nihil ergo dānatōis eſt his q ſunt ī Chriſto Ieſu,
ma.8. q nō ſecūdū carnē ambulāt. Lex enī ſpūs vitæ ī Chriſto Ieſu Lex duplex.
liberauit me lege pc̄ti & mortis. Nā qđ impoſſibile erat legi
quæ infirmabat̃ p carnē, deus filiū ſuū mittēs in ſilitudinē car-
nis pc̄ti: & de pc̄tō dānauit pc̄tm̄ in carne vt iuſtificatio legis
īpleret̃ ī nobis, q̄ nō ſecūdū carnē ambulamꝰ, ſed ſcđm ſpm̄.
Qui enī in carne ſunt, q̄ carnis ſunt ſapiūt, q vero in ſpū ſunt,
q̄ ſpūs ſunt ſentiūt. Nā prudētia carnis mors eſt, prudētia aūt
ſpūs vita & pax. Qm̄ ſapiētia carnis inimica eſt deo, lege enī
dei nō eſt ſubiecta, nec enī pōt Qui aūt in carne ſunt, deo pla-
cere nō poſſunt Quid dici poterat plenius, qđ aptiꝰ Verꝫ hęc
nihil ad ſe ptīere putāt hoīes ad ſuis blādiēdū vicijs arguti: ad
aliena carpēda ꝓcipites; & qđ Paulꝰ dixit de ſꝫm carnē ābulā
do, in adulteros mō & ſcortatores referūt, qđ de ſapiētia car-
nis q̄ inimica ē deo: in eos detorquēt, q lr̄aturā ſecularē (quā
vocāt) didicerūt. In vtroqꝫ ſibi plaudūt, qđ neqꝫ adulteri ſūt, Sapientia car
& oīm lr̄arū egregie indocti. Cęterū in ſpū viuere: nihil aliud nis qualiter in
eſſe ſomniant, q̄ facere ſcilicet, qđ faciunt ipſi. Qui ſi linguam telligenda.
Paulinā tā diligent̃ obſeruaſſent, ꝙ fortit̃ cōtemnūt Cicero-
nianā, ītelligerēt nimirū Apoſtolū vocare carnē, id q̄d viſibi-
le eſt, ſpūm qđ inuiſibile. Docet aūt vbiqꝫ viſibilia oportere
ſeruire inuiſibilibꝰ, nō contra inuiſibilia inuiſibilibus. Tu prę-
poſtere ad iſta Chriſtum accommodas, quæ conueniebat ad
Chriſtū applicari. An teſtimonium flagitas, carnis vocabulū Carnis voca
non tantū ab libidinē aut luxū pertinere. Accipe quod idem bulum nō ſo-
Apoſtolus hoc ipſū (qđ ſemper) agens, ſcribit Coloſſenſibus lum ad libidi
ad Col. Nemo vos ſeducat volēs in humilitate & religione angelorū nē, ſed ad om
2.et.3. quæ non vidit: ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & nia vicia re-
nō tenēs caput, id eſt, Chriſtū, ex quo totū corpꝰ p nexꝰ & cō- fertur.
iūctiōes ſumminiſtratū, & cōſtructū, creſcit in augmētū dei.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0071-6

Et ne quid dubites eũ loqui de ijs: qui ceremonijs quibuſdã corpalibus freti: aliorũ ſpiritalibus obſtrepunt ſtudijs: attende quod ſequit. Si ergo mortui eſtis cũ Chriſto: ab elemẽti hui⁹ mũdi: qd adhuc tanq̃ viuentes mũdo decernitis? Ab his igit nos auocãs paulo poſt: Igit ĩquit ſi cõſurrexiſtis cũ Chriſto: q̃ ſurſum ſunt quærite: vbi Chriſtus eſt in dextra dei ſedẽs: q̃ ſurſum ſunt ſapite: non quæ ſup terrã. Deinde ſpiritalis vitæ pręcepta tradẽs: quid tandẽ monet? Nũ vt his: aut his ceremonijs vtamur: nũ vt ſic: aut ſic veſtiamur: vt his aut his cibis victitemus: vt tantũ pſalmorũ exhauriamus: Nihil horũ. Quid igit: Mortificate inquit mẽbra veſtra quæ ſunt ſup terrã: fornicationẽ: immũdiciã: libidinẽ: cõcupiſcẽtiã malã: & auaritiã: quę eſt idolorũ ſeruitus. Ac paulo poſt. Nũc aũt deponite & vos oĩa: irã: indignationẽ: maliciã. Pauloq; inferi⁹. Expoliantes vos veterẽ hominẽ cũ actibus ſuis: & induentes nouum eũ q renouat in agnitionẽ dei ſcd'm imaginẽ ei⁹ q creauit eũ. Quis eſt aũt vetus homo? Nẽpe Adam ille de terra terren⁹: cui⁹ cõuerſatio eſt ĩ terra: nõ in cælis. Terrã intellige: qcquid viſibile: eoq; tẽporariũ. Quis nou⁹ hõ? Nẽpe de cœlo cœleſtis. Cœlũ accipe: quicqd inuiſibile eoq; ęternũ. Poſtremo: ne Iudaico more certis qbuſdã obſeruatiõib⁹ taq̃ magicis ceremonijs deũ demereri velimus: docet eaten⁹ opa nr̃a grata eẽ deo: q̃ten⁹ ad charitatẽ referunt: in id idẽ pfecta. Sup oĩa aũt hæc inquiẽs charitatẽ habete: q̃d eſt vinculũ pfectiõis: & pax dei Chriſti exultet in cordibus vr̃is: in q̃ & vocati eſtis ĩ vno corpe. Dabo argumẽtũ euidentius. Ad Galatas ſcribens ſępe carnẽ, ſępe ſpm̃ noĩat: q̃s nõ tantũ a libidine vocat ad caſtimoniã: ſed a Iudaiſmo & opm fiducia ĩ quã erãt a pſeudo apoſtolis ĩdocti: conat retrahere Hic igit opa carnis: vide recenſens quę vicia cõmemoret. Manifeſta ſũt aũt opa carnis: q̃ ſũt fornicatio: ĩmũdicia: ĩpudicitia: luxuria: idolo℞ ſ̃uit⁹: veneficia: inimicitiæ: cõtẽtiões: æmulatiões: iræ: rixe: diſſenſiões: ſectæ: inuidiæ: homicidia: ebrietates: cõmeſſatiões: & his ſĩlia. Neq; multo poſt. Si ſpũ viuimus: ſpũ ambulemus. Deinde q̃ſi peſtẽ ſpiritui infeſtã indicãs addidit. Non efficiamur inanis glĩæ

Ad Col 2. et 3. Col. 2. Coll. 3. Ubi. s. Col. 3. Coll. 3. Gal. 5.

Ceremoniæ ſuperſtitioſæ

vetus homo quis?

Terra. homo
novus
Cœlum.

Carnis opera quę ſint ex Paulo.

cupidi inuicē ꝓuocātes: inuicē inuidentes. De fructib⁹ arbor cognoſcit. Quod vigilias: qđ ieiunia: ſilentia: qđ preculas: qđ reliquas id gen⁹ obſeruatiões nõ præteris: nihil moror: in ſpū non credā eſſe: niſi videro fructus ſpūs. In carne eſſe qur nõ affirmē: quū poſt ſeculare pœne iſtarū rerū exercitationē: adhuc in te dep̄hēdā opa carnis. Inuidentiā pluſq̄ muliebrē. Iracūdiā & ferocitatē militarē: rixandi nūq̄ ſaciatā libidinē: rabioſam maledicentiā: viperiū linguæ obtrectatricis venenū: animū tumidū: ceruicē præfractā: lubricā fidē: vanitatē: fictionē: aſſentationē. Tu fratrē in cibo aut potu: cultuue iudicas, at Paul⁹ te iudicat ex factis tuis. An hoc te a carnalib⁹ mūdanis ſepat: qđ tu leuioribus qdem in reb⁹: ſed iiſdē tñ vitiis labo res. Num turpior eſt: q ob hereditatē interceptā: ob viciatā filiā: ob leſum parentē: ob magiſtratū: ob principis gratiā: iras: inimicitias: æmulatiões ſuſcipit q̄ tu q (pudet dicere) q̄ de nihilo: multo hæc oīa facis acerbius. Cauſa peccandi leuior: nõ eleuat crimen: ſed exaggerat. Neq̄ refert in quāto pecces: modo pari affectu. Imo refert adeo: hoc enī quiſq̄ ſceleratior eſt: quo minore momēto ab honeſto abducit. Nõ ego nūc loquor de iis monachis: quorū mores et mūdus deteſtat Sed de his quos vulgus miraſ: non vt hoies: ſed vt angelos. Quos ipſos tamē offendi nõ oportet hoc ſermone: qui vicia notat: nõ hoies. Quod ſi boni viri ſunt: gaudeant etiā a quocunq̄ admoneri in his quæ ad ſalutē pertinēt. Neq̄ clam me eſt: inter eos eſſe plurimos: qui literis & ingenio adiuti ſpūs myſteria deguſtarūt Sed (quod ait Liuius) fere fit: vt maior pars vincat meliorē. Cęterū ſi verū fateri fas eſt: nõne videm⁹ arctiſſimū quodq̄ monachorū genus faſtigiū religionis aut in ceremoniis: aut in certa lege pſalmorū: aut in corporū labore ponere? Quos ſi quis excutiat atq̄ de ſpiritalibus percontetur: vix ꝑpaucos inuenerit: qui non in carne ambulent Et hinc iſta tāta animorū infirmitas: illic trepidātiū vbi timor nõ eſt: illic oſcitantiū vbi ſummū eſt ꝑiculū. Hinc illa ꝑpetua in Chriſto infantia: vt ne quid dicā grauius: quod præpoſteri rerū æſtimatores: ea facimus plurimi: q̄ ſola nihili ſūt: is negle

Obſeruantia ceremoniarū carnaliū non facit hominē ſpiritalem.

Carnis opa.

Cauſa peccati leuior non minuit crimē

Monachi faſtigiū religionis in ſolis ceremoniis ponunt.

Pueri centū annorum.

ctis, quæ ſola ſufficiūt, ſemꝑ ſub pedagogis agentes, ſemꝑ ſub iugo, nec vnq̄ ad libertatē ſpūs a ſpirātes, nūq̄ ad amplitudinē charitatis creſcentes. Qū clamet Paulus ad Galathas: ſtate & nolite iterū iugo ſeruitutis contineri. Atq̄ alio loco. Itaq̄ lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iā nō ſumus ſub pedagogo. Oēs enim filij dei eſtis per fidē, quę eſt in Chriſto Ieſu. Neq̄ multo inferius Ita & nos qum eſſem⁹ paruuli, ſub elemētis mūdi eram⁹ ſerui entes. At vbi venit plenitudo tp̄is, miſit deus filiū ſuū factum ex muliere: factū ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionē filiorū reciperem⁹. Quoniā aūt eſtī filij dei, miſit de⁹ ſp̄m filij ſui in corda veſtra clamantē, abba pr̄. Itaq̄ iam nō eſt ſeruus ſed filius. Iterū alibi Vos enī in libertatē vocati eſtis fratres: tantū ne libertatē ī occaſionē detis carne, ſed per charitatē ſpūs ſeruite inuicē. Om̄is enī lex in vno ſermōe implet̄. Diliges ꝓximū tuū ſicut teip̄m Quod ſi inuicē mordetis & comedetis, videte ne ab inuicē cōſumamini. Rurſum ad Romanos, Nō enī accepiſtis ſpiritū adoptiōis filiorū dei: in quo clamamus, Abba pater. Eodē ꝑtinet & illud qđ Thimotheo ſcribēs. Exerce aūt (inqt) teipſū ad pietatem. Nam corporalis exercitatio, ad modicū vtilis eſt, pietas ad oīa eſt vtilis. Et ad Corinthios. Dn̄s ſpūs eſt. Vbi aūt ſpūs, ibi libertas, Sed qd nos vnū aut alterū locū referimus? Totus in hoc eſt Paulus, vt caro quæ cōtentioſa eſt cōtemnatur: & in ſpū: qui charitatis & libertatis eſt author nos ꝯſtituat. Indiuiduæ enī inter ſe comites ſunt, caro ſeruitus, inquietudo cōtentio, Rurſum ſpiritus, pax, amor, & libertas. Hæc paſſim inculcat Ap̄lus. Nū meliorē religiōis magiſtrū requirimus, præſertī qū huic oīs diuina ſcriptura cōcinat? Hoc erat maximū mandatū in lege Moſaica, hoc iterat ac perficit in euangelio Chriſtus. Ob hoc potiſſimū nat⁹ ac mortu⁹ eſt vt nos doceret, nō Iudaizare, ſed amare. Poſt cœnā illā ſuꝑmā, q̄ ſolicite: quāto affectu mādat Ap̄lis ſuis, nō de cibo aut potu, ſꝫ de charitate mutuo ſeruāda. Quid aliud docet, imo rogat hui⁹ ſymmyſtes Ioānes niſi vt diligam⁹ inuicē, Paulus qn̄ paſſim (vt dixi)

Gal. 4

Gal. 3.

Gal. 4.

Gal. 5.

ad ro. 8

1. ad Thimothe. 4.

2. ad corin. 3.

Charitas noui ex veteris teſtamenti maximū eſt præceptum.

1. corin. 13.

charitatē cōmēdās, cū ad Corinthios ſcribēs, & miraculis, &
ꝓphetiæ, & angelorū linguis anteponit charitatē. Ne tu mihi Charitas vera & ei⁹ opa.
ilico charitatē eē dicas, in tēplo frequētē eſſe, ſignis diuorū ꝓ-
cūbere, cereolos accēdere, nūeratas ꝑculas iterare. Nihil iſtis
1.corin. opus habet deus. Charitatē Paulus vocat, ædificare proxim̄,
8. oēs eiuſdē corpis mēbra ducere, oēs vnū in Chriſto putare,
de fraternis cōmodis, ꝑinde vt de tuis in dño gaudere, incom
2 Theſ modis mederi veluti ꝓprijs. Maſuete corripe errātē, docere
3. neſcientē, erigere lapſū, cōſolari deiectū, adiuuare laborantē
ſubuenire ægēti, in ſumma oēs opes tuas, oē ſtudiū, oēs cu-
ras ad hoc referre, vt ꝙ plurimis ꝓſis in Chriſto, vt quēadmo
dū ille neq; ſibi nat⁹ ē, neq; ſibi vixit, neq; ſibi mortu⁹ ē, ſed to-
tū ſe donauit vſib⁹ nr̄is, ita et nos fratrū ꝯmoditatib⁹ īſeruiam⁹
nō ꝓprijs. Quid ſi fieret, nihil eēt religioſorū vita, neq; lętius,
neq; facilius, quā nūc cōtra triſtē fere videm⁹ & laborioſam:
ac Iudaicis ſupſtitiōib⁹ plenā, nec ab vllis laicorū vicijs, immu
nē, in nōnullis cōtaminatiorē. Quod hoīm genus ſi nunc re- Monachorū vita ꝙ ſit corrupta.
uiuiſceret Auguſtinus, quo authore vitæ plæriq; gloriantur,
ꝑfecto ne agnoſceret quidē, clamaretq; nihil ſe min⁹ ꝓbatu-
rū fuiſſe, ꝙ hoc vitæ gen⁹, neq; ad ſupſtitionē Iudeorū, ſed ad
Aplorū regulā viuēdi rationē inſtituiſſe. Sʒ audio iādudū qd
mihi reſpondeāt, quidā paulo ſaniores, In minimis vigilandū
ne paulatī defluat ī maiora vicia. Audio et approbo, verū nō
paulo magis aduigilandū, ne ſic inhęreas minimis, vt a maxi-
mis penit⁹ excidas. Ibi periculū euidentius, ſed hic graui⁹. Ita
Scyllā fugito, ne in Charybdim incidas. Iſta facere ſalutare ē,
Gal.4. ſed eis inuiti ꝑnitioſum. Paul⁹ nō te vetat elemētis vti, ſed ſer-
1.Thi. uire nō vult elementis, eū qui liber eſt ī Chriſto. Nō dānat le
1. gē factorū: ſed ſi quis ea legitime vtat̄. Sine his fortaſſe pi⁹ nō
eris, ſed nō iſta te piū faciūt. Conducent ad pietatē, ita ſi quidē Ceremonias auctoritate Apoſtoli & Chriſti confutantur niſi recte vtamur eius.
in hoc vtare. Sin frui cœperis, pietatē oēm ſemel extinguūt.
Aplus cōtēnit opa Abrahæ: quæ ſumma fuiſſe nemo neſcit,
Eſaie.1 & tu tuis cōfidis. Deus auerſat̄ victimas & ſabbata: & neo-
menias populi ſui, quorū oīm ipſe fuerat author. An audebis
tuas obſeruatiunculas, cū diuinæ legis præceptis conferre?



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0075-8

Audi tamẽ ad iſta nauſeantẽ ac ſtomachantẽ deũ. Quo mihi
multitudinẽ victimarũ veſtrarum dicit dominus. Plenus ſum
Holocauſta arietũ: et adipẽ pinguiũ: et ſanguinẽ vitulorũ: &
agnorũ & hircorũ nolui: Cũ veneretis ante cõſpectũ meum:
qs queſiuit hec de manibus vr̃is: vt ambularetis ĩ atrijs meis?
Ne offeratis vltra ſacrificiũ fruſtra. Incenſum abominatio eſt
mihi. Neomeniã & ſabbatũ: & feſtiuitates alias non ferã. Iniq
ſunt cœtus vr̃i, Calendas vr̃as & ſolẽnitates vr̃as odiuit aĩa
mea facta ſunt mihi moleſta laboraui ſuſtinens. Et qum extẽ-
deritis manus vr̃as auertam oclos meos a vobis: & qum mul
tiplicaueritis oratões vr̃as: nõ exaudiã vos Nõne qũ obſerua
tiões & rit⁹ ſacrorũ cõmemorat: tũ multiplicatas oratões: tan-
q̃ digito notat eos: q religionen nũero pſalmorũ aut precũ
metiũt? Attẽde & illã q̃ mire diuinũ faſtidiũ ꝓpheta facund⁹
exaggerat: vt iam nec aurib⁹: nec oculis ferre potuerit Quę
tandẽ obſecro? Nimirũ quæ ipſe tanta religiõe ſeruãda tradi
derat: quæ tãta veneratõe tot ſæculis fuerãt a regibus ſc̃is &
ꝓphetis obſeruata. Et hæc deteſtat̃ adhuc ĩ lege carnali: & tu
tuis domi tibi natis obſeruatiunculis fidis in lege ſpiritali? Idẽ
alio loco eundẽ ꝓphetam clamare indeſinenter & inſtar tubę
vocẽ iubet intẽdere: videlicet in reſeria & acri reprehẽſiõe dig- Eſai. 58.
na: quæq; fere nõ niſi magna cõtentiõe ab iſtis obtineri queat
Me inquit de die ĩ diẽ quærũt: & ſcire vias meas volũt: quaſi
gens quæ iuſticiã fecerit: & quæ iudiciũ dei ſui non derelique
rit. Rogãt me iudicia iuſticiæ: & appropinquare deo volunt
Quare ieiunauimus: et nõ aſpexiſti: humiliauimus aĩas nr̃as
& neſciſti. Ecce in die ieiunij veſtri inueniť voluntas vr̃a: &
omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & cõtẽtiones
Ieiuniũ quomodo deo placet. ieiunatis: & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare ſicut vſ-
q; ad hãc diẽ: vt audiat̃ in excelſo clamor veſter. Nũquid tale
eſt ieiuniũ qd' elegi: per diẽ affligere hoĩem aĩam ſuã. Nun-
quid cõtorqre quaſi circulũ caput ſuũ: & ſaccũ & cinerẽ ſter-
nere? Nunquid iſtud vocabis ieiuniũ: et diẽ acceptabilẽ dño
Sed quid hoc eſſe dicem⁹. Dãnat de⁹: quod ipſe mãdarat. Mi
nime. Quid igit̃. Sed in carne legis manere: & in re nihili cõfi-

dere: id vero deteſtat̃. Proinde vtroq́ loco quid velit acce-
Eſaie. 1 dere demonſtrat. Lauamini inquit: mũdi eſtote: auferte malũ
cogitationũ veſtrarũ de oculis meis Qum audis mala cogita
tionũ: nõne palã ſpiritũ & ineternũ hoĩem denotauit? Oculi
Eſaie. 11. dñi nõ vidẽt in manifeſto, ſed in occulto: neq́ ſecundũ viſio-
nem oculorum iudicat: neq́ ſecundũ auditum auriũ arguit.
Matth 15. Neſcit fatuas virgines: foris expolitas: intus inanes. Non no-
Matth 7. uit eos qui labijs dicũt dñe domine. Deinde admonet vſum
vitæ ſpiritalis: non iam in ceremonijs q̃ in proximi charitate
Eſaie. 1 ſitam eſſe Querite iudiciũ: ſubuenite oppreſſo: iudicate pupil
lo: defendite viduam. Similia ſubtexuit: et alteri loco de ieiu-
Eſaie. 58. nijs. Nõne hoc eſt magis ieiuniũ quod elegi? Diſſolue colli-
gationes impietatis. Solue faſciculos deprimentes. Dimitte
eos: qui confracti ſunt liberos, & omne onus dirumpe. Fran
ge eſurienti panẽ tuum: & egenos vagoſq́ induc in domum
tuã. Quum videris nudum: operi eũ: & carnẽ tuã ne deſpex
eris, Quid igitur faciet Chriſtianus? Negliget eccleſiæ man
data: contemnet honeſtas maiorũ traditiones? damnabit pias
conſuetudines? Imo ſi infirmus eſt: ſeruabit vt neceſſarias:
ſin firmus & perfectus: tanto magis obſeruabit: ne ſua ſcien-
tia ſcandalizet fratrem infirmum: & occidat eum: pro quo
mortuus eſt Chriſtus, Hæc oportet non omittere: ſed illa ne-
ceſſe eſt facere. Non damnant̃ opa corporalia: ſed præferun-
tur inuiſibilia, Non damnatur cultus viſibilis: ſed non placat̃
Joã. 4. deus: niſi pietate inuiſibili. Spiritus eſt deus: & ſpiritalibus
victimis flectitur. Turpe ſit Chriſtianis ignorare: quod gen
tilis quidem poeta non ignorauit. Qui de pietate præcipiens
Si deus inquit eſt animus: vt nobis carmina dicunt. Hic ti-
bi præcipue ſit pura mente colendus. Ne contemnamus au-
thorem: vel ethnicum: vel minutũ, Sententia eſt magno etiã
theologo digna: & vt ego qdẽ depræhẽdi: tã intellecta a pau
cis: quã a nemine nõ lecta. Ea vero eſt hmõi. Sĩlia ſĩlibus af-
ficiuntur: tu deũ tauro ceſo: aut thureo vapore moueri mag-
nopere credis: quaſi corpus eſſet. Mens eſt: & quidẽ puriſ-
ſima ſimpliciſſimaq́. Proinde potiſſimum mente pura colen

Vita Chriſti ana nõ tã ĩ ceremõijs q̃ in charitate ſita

Gẽtiles qua- liter deũ ado rauerunt.

Catonis loc⁹ vulgo nõ be ne intellectus

dus eſt. Tu cereũ accenſũ: ſacrificiũ putas. At Dauid Sacrifi- ciũ inquit deo ſpũs cõtribulat⁹. Et ſi deſpexit ſanguinẽ hirco rũ aut vitulorum; at cor cõtritũ; & humiliatũ nõ deſpiciet. Ps 50.

Operum bonorum confutatio niſi recte fiant.

Si facis: quod tribuitur oculis hominũ: multo magis adhibe: quod requirũt oculi dei. Religioſo cucullo tegitur corp⁹: qd tũ ſi mũdanã veſtẽ gerit animus? Si niuea tunica velatur hõ exterior: ſint & interioris hoĩs veſtimẽta cãdida ſicut nix. Si- lentiũ agis foris: mlto magis cura vt vacet mens intus. In tẽ- plo viſibili demittis genua corporis: nihil agit̃; ſi in tẽplo pec toris ſtas erectus cõtra deũ. Veneraris lignum crucis; magis ſeq̃re myſteriũ crucis. Ieiuniũ agis: & abſtines ab ijs, quę non coinqnant hoĩem; & nõ cõtines ab obſcœnis ſermonib⁹: qui polluũt: & tuã & alienã cõſciẽtiã? Corpi ſubducitur cibus; & anĩa ſiliquis porcorũ ſeſe ingurgitat? Exornas ædẽ ſaxeã religioni habes loca ſacra. Quid refert; ſi templum pectoris cui⁹ parietẽ pfodit Ezechiel; abominationibus Aegyptijs p- phanatũ eſt? Sabbatũ agis foris; & intus oĩa viciorũ tumul- tibus perſtrepũt. Non mœchatur corpus; ſed auarus es; iam mœchus eſt anim⁹. Pſallis lingua corporea; ſed intus auſcul- ta quid dicat anim⁹. Ore benedicis; & corde maledicis. Cor pore anguſta cellula cõtineris; & cogitatiõe p totũ orbẽ va- gar̃. Audis verbũ dei corporeis aurib⁹; magis audias intus. Quid enĩ dicit ppheta? Niſi audieritis int⁹; plorabit aĩa vr̃a Quid aũt legis in euangelio? Vt videntes nõ videãt; & audi- entes nõ audiant. Et rurſũ ppheta: aure audietis; & nõ pcipie tis. Beati igit̃: qui intus audiunt verbũ dei. Fœlices qb⁹ dñs intus dicit v̄bũ; & ſaluabunt̃ anĩę illorũ. Hanc aurẽ iubet̃ a Dauid inclinare filia regis: illa: cui⁹ oĩs decor ab intus in fim- brijs aureis. Deniq̃ quid refert: mala nõ facere, quæ affectu cõcupiſcis? Quid refert bona foris agere: quib⁹ diuerſa fiunt intus? An magnũ eſt qd corpe Hieroſolimã adis qum intra temetipſũ ſit Sodoma: ſit Aegipt⁹; ſit Babylon? Nõ magnũ eſt carneis calcaneis veſtigia calcaſſe Chriſti; at maximũ: affe- ctu ſeq veſtigia Chriſti. Si maximũ ẽ cõtigiſſe ſepulchrũ dñi: non maximum erit expreſſiſſe myſteriũ ſepulturæ; Accuſas

Ezech. 8.
Matth 15.
Matth 8.
Eſaie 6
hier. 5
Ps. 44

apud ſacerdotē hominē tua pctã, vide quomō accuſes apud
deū. Nã apud illū accuſare: intus odiſſe eſt Tu forte ſigillis ce
reis: aut pecuniola: aut peregrinatiūcula ſemel elui culpas cre
dis, Tota erras via. Intus acceptū eſt vulnus: intus pharmacū Indulgentiæ quo mō proſunt.
admoueat neceſſe eſt. Corruptus eſt affectus: amaſti: qd' erat
odio dignū: odiſti: quod erat amandū. Dulce tibi fuit amarū:
Eſaie 5 & amarū dulce. Nihil moror: qd exhibeas foris. Sed ſi muta
tis vicib⁹: qd' mō amabas: odiſſe: fugere: horrere cœperis: ſi
dulceſcit affectui: qd' mō fel ſapiebat: ita demū ſanitatis argu-
Luce. 7 mentū accipio Amauit multū Magdalena: & dimiſſa ſunt ei
pctã multa. Quo magis Chriſtū amabis: hoc magis oderis tu
vicia: nã odiū pcti cōſequit amorē pietatis: velut vmbra cor
bus. Malo te ſemel mores tuos vicioſos intus ac vere odiſſe:
q̄ decies verbotenus deteſtari apud ſacerdotē: Ergo: vt q̄dã Opus omne ex carne conſtat & ſpū.
exēpli grã retulimus: in toto theatro mūdi hui⁹ viſibilis: in ve
tere lege: in noua: in oī mandato eccleſiæ: deniq; in teipō atq;
in oī negotio humano: foris caro quædam eſt: intus ſpūs. In
quib⁹ ſi nō ordinē faciemus præpoſterū: ſed in his quæ viden
tur nō ita multū fiduciæ ponētes: niſi quaten⁹ ad meliora mo-
menti qd adferūt: ſemp ad ſpm: & ea quę charitatis ſūt: reſpi-
ciamus: euademus nō triſtes vt iſti & imbecilles: ſemp pueri
(vt pͥuerbio dicit) aniales: oſſa arida (vt apud propheiã eſt)
Ezech. 37. ſpiritū nō habētia: lethargici: ſtupidi: rixoſi: liuidi: ſuſurrones:
ſed excelſi ī Chriſto: ampli charitate: robuſti: & ad vtrāq; for
tunã tūc ſtabiles: ad minia cōniuētes, ad ſūma enitētes: pleni
alacritatis: pleni ſciētiæ: quã qui reijciūt: eos reijcit & ille ſcien
ciarū dn̄s. Imperitia enī: quã fere cōmitat indocilitas: & quã
gręci pulchre vocāt Φιλαυτιαν: ſola facit: vt (quod ait Eſaias)
ꝯfidam⁹ ī reb⁹ nihili: & loq̄mur vanitates: cōcipiam⁹ laborē: Φιλαυτία. q̄ntū noceat.
& pariamus iniquitatē. Semp ſeruiamus trepidi atq; hūiles
Eſai. 59. ceremonijs Iudaicis. De cuiuſmodi loquēs Paulus: Teſtimo
niū (inquit) perhibeo illis: quod zelum quidem dei habent:
ſed nō ſecundū ſcientiam. Quid autem ignorabant? Nem-
Ro. 10. pe quod finis legis Chriſtus. Chriſtus autem ſpiritus eſt: cha-
ritas eſt. Apertius aūt Eſaias miſeram et inutilem iſtorum ſer- Eſaię locus.

uirtutẽ in carne deſcribit. Propterea inquit captiuus ductus eſt
populus meus: quia nõ habuit ſcientiã, Et nobiles eius interie Eſaie.
rũt fame: & multitudo eius ſiti exaruit. Non mirũ qđ pplus 5.
ſeruit elemẽtis hu⁹ mũdi: videlicꝫ vulg⁹ indoctũ: & nõ niſi de
alieno pectore ſapiẽs, Magis mirandũ: qđ religſõis Chriſtia-
nę quaſi primates: in eadẽ captiuitate: fame intereũt: & ſiti ex-

Panes ordeaceos frangere

Aqua de petra myſtice.

areſcunt. Quare fame intereũt: qa nõ didicerũt a Chriſto frã Matth
gere panes ordeaceos. Siliquã mõ aſperã circũlingũt: medul 14.
lã nõ eruũt, Quare ſiti exareſcunt Quia nõ didicerũt a Moſe
aquã de ſpiritali petra elicere: necꝫ hauſerĩt de fluminib⁹: q̃ de
vẽtre Chriſti fiũt aquæ viuæ. Hoc aũt dictũ eſt de ſpũ: nõ de Exo.
carne, Tu igiť mi frater: ne triſtib⁹ laborib⁹ nõ multũ ꝓmoue 15.
as: ſed mediocri exercitio cito grãdis & veget⁹ euades in Cri Joã. 7.
ſto hãc regulã diligẽter amplex⁹: ne velis cũ inmũdis aĩalib⁹

Alæ platonicæ duæ ſunt intellectus et voluntas.

Chriſtus ad ſe feſtinantibus vltro fit obuiam

humi reptare: ſed ſuper alis illis nitens: q̃s Plato putat in anĩs
amoris calore elicitas denuo pullulaſcere: a corpe ad ſpm̃: a
mũdo viſibili ad inuiſibilẽ: a litera ad myſteriũ: a ſenſibilib⁹ ad
intelligibilia: a cõpoſitꝭ ad ſimplicia temetipſum quaſi gradi-
bus qbuſdã ſcalæ Iacob erige. Ita ad ſe ꝓpinquãti: viciſſim ap
propinquabit dñs: et ſi tu ꝓ virib⁹ de tua caligĩe ſenſuũqꝫ ſtre
pitu conaberis aſſurgere: occurret ille cõmode: e luce ſua in-
acceſſibili: & ſilentio incogitabili: in quo non ſenſuũ tantũ oĩs
tumultus: ſed & intelligibilium omniũ imagines conticeſcũt.

## ¶ Canon ſextus.

Et qm̃ ex tpe ſcribenti: aliud ex alio in mentẽ venit: ſubtextã
& ſextã regulã ſupioribus quodã mõ cognatã: tã neceſſariã
ad ſalutẽ vniuerſis: q̃ꝫ a paucis curæ habitã. Ea eſt vt animus
ad Chriſtũ anhelantis: a vulgi tũ factis tũ opiniõib⁹ q̃ꝫ maxĩe
diſſentiat: nec aliunde q̃ꝫ ab vno Chriſto pietatis exemplũ pe
tať. Hoc eſt enĩ vnicũ archetypũ: vñ qſqs vel vnguẽ diſceſſe-

Platonica ſententia de turpi & honeſto.

rit: a recto diſcedit: atqꝫ extra viã currit. Proinde Plato graui
ter profecto: vt pleraqꝫ: in politia ſua: negat eũ virtutẽ cõſtã-
ter tueri poſſe: q de turpi atqꝫ honeſto nullis certis opinioni-
bus mẽtẽ imbuerit. At quanto pernitioſius eſt falſas opiniões
de ijs quæ ad ſalutem pertinẽt: anĩo penitus inſidere? Quare

hoc vel imprimis curãdũ putat: vt cuſtodes illi: quos oportet oĩ turpitudine vacare. q̃ optĩas opiniões de fugiendis atq; ex petẽdis: easq; q̃ certiſſimas: tanq̃ leges quaſdã ſanctiſſimas ani mo inſculpãt ſuo. Quicquid enĩ pſuaſiõe penitus inheſit anĩo id qſq; morib⁹ exprimit. Eoq; præcipua Chriſtianorũ cura huc intẽdi deberet: vt pueri iã inde ab incunabulis inter ipſas blãdicias nutricũ: et parentũ oſcula: ĩter literatorũ manus per ſuaſiones imbibãt Chriſto dignas: ꝓpterea quod nihil vel al-tius inſidit anĩo: vel hæret tenati⁹: q̃ quod rudib⁹ (vt inqt Fa bius) annis indiť. Procul ꝓcul ab auriculis infantilibus ama-toriæ cãtiũculę: quas domi foriſq; cãtillãt Chriſtiani: ſpurcio res: q̃ vnq; ethnicorũ vulgus receperit. Nõ audiãt accepta ia ctura rei: materculã eiulantẽ: nõ amiſſa ſorore ſe miſerã ac de ſtitutã clamitantẽ. Nõ audiant patrẽ ignauiã opprobrantẽ ei: qui iniuriã nõ cũ fœnore retulit: nõ admirantẽ eos qui rem-quocunq; mõ fecerũt ampliſſimã. Ingeniũ hoĩs ad vicia pcli-ue: perniciosum exẽplũ ſtatim arripit: non aliter: q̃ ignẽ vici-nũ naptha. Quanq; idẽ hoc nulla nõ ętate agendũ: vt oẽs vul gi errores: ab ipſis vſq; radicibus ex anĩo reuellanť: atq; ĩ eoꝝ locũ ſalutares opiniões inſeranť: adeoq; roborentur: vt nullis reb⁹ queãt cõuelli. Quod qui fecerit: is nullo negotio virtutẽ ſua ſpõte ſequeť: & ſecus agentes miſeratione: non imitatiõe dignos iudicabit. Huc enĩ pertinet illud a Socrate non abſur de dictũ: quanq; ab Ariſtotele reprẽhenſũ: virtutẽ nihil aliud eſſe q̃ ſcientiã fugiendorũ: atq; expetendorũ. Nõ qđ viderit diſcrimẽ inter cognitionẽ honeſti atq; amorẽ: ſed queadmo-dũ Demoſthenes, pnũtiationẽ primũ: ſecundũ ac tertiũ in elo quentia reſpõdit eẽ: videlicet adeo præcipuã partẽ ſignificãs: vt in ea tota eſſe duceret itidẽ Socrates agẽs cũ Pythagora: ar-gumẽtis euincit: tantũ in oĩ virtute momẽti ſcientiã adferre: vt peccata nõ aliũde ꝓficiſcanť: q̃ a falſis opinionib⁹. Etenĩ & qui Chriſtũ amat: & qui voluptatẽ: pecuniã: honorẽ falſum amat nimirũ vtriq; dulce: bonũ: ac pulchrũ ſequũť. At hi la-bunť inſcitia: pro dulci amplectentes quod eſt acerbiſſimum ꝓ acerbo fugiẽtes: quod eſt dulciſſimũ: itẽ pro bono ac lucro

Pueri Chriſtianorũ qualiter ſtatĩ inſtituendi.

Virtus quomodo a Socrate diffinit

Pronũciatio ĩ oratoria ps maxima.

Peccata vnde proueniant.

ſequẽtes, qđ merũ eſt detrimentũ, ꝓ dãno timẽtes, qđ vnicũ eſt lucrũ, id pulchrũ iudicãtes, qđ eſt fœdũ, id pudẽdũ opinãtes, qđ ſolũ eſt glioſum. Porro ſi cui penitꝰ pſuaſũ ſit, ac iã veluti cibus in animi ſubſtantiã ſit traiectũ, ſolã virtutẽ, optimã eẽ, dulciſſimã, pulcherrimã, honeſtiſſimã, vtiliſſimã, cõtra turpitudinẽ, vnicũ eſſe malũ, cruciatũ, fœdũ, erubeſcendũ, dãnoſum, atq; hæc nõ opiniõe populari, ſed ipa natura rerũ metiatur, fieri nõ poteſt, vt ea cõſtante pſuaſiõe diu in malis hęreat

Vulgus peſſimus iudex.

Peſſimꝰ enĩ iã olĩ tũ viuendi, tũ ſentiendi author vulgus ẽ. Neq; vnq; ita bene actũ ẽ cũ rebꝰ hũanis, vt nõ peſſima placuerint plurimis Caue ſic cogites, Hoc nemo nõ facit. His veſtigijs maiores mei ſunt ingreſſi. Hac in ſentẽtia eſt ille tantꝰ philoſophus, tantꝰ theologus, Sic viuit̃ a magnatibꝰ. Hoc regiũ

Vulgus dicatur.

eſt inſtitutũ. Hoc & epi & põtifices ſummi factitãt. Hi ꝓfecto vulgus nõ ſunt. Nihil te moueant ingẽtia noĩa. Ergo vulgũ nõ loco, ſed pectore metior. Vulgꝰ ſunt, quicũq; in ſpecu

Specus Platonicus.

illo Platonico vincti ſuis affectibus inanes rerũ imagĩes ꝓ veriſſimis rebꝰ admirant̃. Nõne ꝑpoſtere faciat, ſi quis non lapidẽ regulæ, ſed regulã lapidi conet̃ applicare? Nõne multo abſurdius, ſi quis nõ hominũ mores ad Chriſtũ, ſed Chriſtũ ad hoĩm vitã laboret inflectere? Non ideo rectũ puta, qa primores, quia maxima pars hoĩm factitat, ſed ita demũ rectum eſt, qđ fit, ſi quadrat ad regulã Chriſti. Imo hoc ipſo tibi ſuſpectũ quid eſſe oportet, quod plurimis placet. Puſillus grex

Chriſtianorũ verorum q̃ paruus ſit numerus.

eſt, & erit ſemper, cui cordi eſt Chriſtiana ſimplicitas, pauptas, veritas. Puſillꝰ eſt, ſed beatꝰ, quippe cui ſoli debet̃ regnũ cœlorũ. Arcta eſt via virtutũ, et a perpaucis calcata, ſed non alia ducit ad vitã. Prudẽs ædificator vtrũ tãdẽ ab vſitatiſſimo, an ab optimo opere petit exẽplũ? Pictores nõ niſi optimas tabulas ſibi ꝓponũt. Exemplũ noſtrũ Chriſtus eſt, in quo vno oẽs inſũt beatę viuendi ratiões. Hunc ſine exceptione licebit imitari. Cæterũ improbatis viris, eatenꝰ vnũquodq; in exẽplũ vocare cõueniet, quatenꝰ reſpõdebit cũ archetypo Chriſti. De vulgo aũt Chriſtianorũ ſic exiſtima, nullũ vnq; fuiſſe

Matth 7.

Vulgus Chriſtianorũ peſſimum.

corruptius, ne apud ethnicos quidẽ, quantũ ad opiniões de

moribus attinet: Cæterum de fide, quid ſentiant, viderint ipſi. Hoc certe indubitatiſſimum eſt, fidē ſine moribus fide dignis adeo nihil iuuare, vt etiā in cumulū cedat damnationis. Euolue veterū annales, & confer horū temporum mores, Quando vera probitas deſpectior? quando ſic in precio habitæ diuitiæ vndecunq; partæ. Quo vnq; ſæculo verius illud Horatianū. Scilicet vxorē cū dote, fidemq; & amicos. Et genus & formā regina pecunia donat? Et illud eiuſdem. Nā genus et virt⁹, niſi cū re, vilior alga eſt. Quis iā nō ſerio legit ironiā illā Satyricā? O ciues, ciues, quærēda pecunia primū. Virt⁹ poſt nūmos? Quando luxus ſolutior? Quādo ſtupra, adulteria: vel latius patuerunt, vel impunitiora fuere, vel minus in probro? dū in alijs, ſuis vicijs indulgent principes, & quiſq; ſpecioſum factu ducit, quicquid in aulicorū mores abijt? Cui nō extremū malū ac probrū videtur pauperies? Olim in ſcortatores, in ſordidos, in glorioſus, in admiratores pecuniæ, etiā de plauſtris famoſa ſcommata iaciebant, ī ſpectaculis gentilium, ſcite notatis vicijs applaudebat a vulgo, quibus nunc a Christianorū ꝓcerib⁹ male laudatis applaudit. Non tulerūt theatra Athenienſiū hiſtrieōm e tragœdia quapiam Euripidis ſaltātem verba cuiuſdā auari, vnā pecuniam reliquis humanæ vitæ cōmodis præferētis, ac plane futurū erat vt actorē cū tota fabula exploderēt, eijcerētq; ni mox aſſurgēs poeta, pauliſper etiā manere iuſſiſſet, ac ſpectare, quorſū admirator ille auri eſſet euaſur⁹. Quā multa ſūt apud illos exēpla eorū, q e bn̄ adminiſtrata rep. præter honeſtā opinionē nihil in tenuem familiā retulerūt, q fidē pecunia, qui pudiciā vita potiorē habuerūt. Qui neq; ꝓſperis reb⁹ inſoleſcere, neq; aduerſis frāgi potuerūt? Qui honeſta pericl'a voluptatib⁹ antepoſuerūt? Qui ſola cōſciētia recti cōtēti, neq; honores, neq; opes, neq; reliq̄ fortunæ cōmoda deſyderabāt? Et vt ne cōmemorē Photiōis ſanctitatē. Fabricij diuitis potiorē paupertatē. Camilli magnanimitatem. Bruti ſeueritatem Pythagore pudiciciā, Socratis inexpugnabilē cōtinentiā. Catonis integritatē, ac mille pulcherrima omniū virtutū decora, q̄ paſſim in Lacedęmonio-

Marginalia: Iaco. 2 — Fides ſine operibus nihil prodeſt. — Mores noſtri ſæculi omniū peſſimi. — Diuitias gentiles mag. cōtempſerūt q̄ Chriſtiani. — Pecūia quātum apud veteres ſpreta fuit.

Auguſtini laus.

rũ: in Perſarũ: in Athenienſiũ: in Romanorũ annalib⁹ leguntur magno quidẽ noſtro pudore: diuus Aurelius Auguſtin⁹ vt ipſe deſe in cõmentarijs confeſſionũ ſuarũ teſtatur: iã mĩto priuſq̃ Chriſtũ indueret, cõtẽpſerat pecuniã: ꝓ nihilo habebat honores: gloria ñ cõmouebat: voluptatib⁹ aũt vſq; adeo frena negarat: vt hõ ãdoleſcẽs: vna muliercula cõtentus eſſet cui & cõiugij fidem ſeruabat. Hos aĩos: hæc exempla: inter aulicos: inter eccleſiaſticos: addam: & ĩter monachos nõ temere qs inuenerit. Aut ſi qui huiuſmodi extiterit: ilico velut aſin⁹ inter ſimias oſtẽtui ac riſui erit: delir⁹ hebes: hypocrita: rerũ imperitus melancholicus: amẽs oĩm vna voce dicet. ac ne hõ quidẽ iudicabit. Sic Chriſtiani Chriſti doctrinã veneramur: ſic exprimim⁹: vt nihil vecordi⁹: nihil abiecti⁹: nihil magis pudendũ iam vulgo habeat: q̃; vere ac toto pectore eſſe Chriſtianũ. Quaſi aut Chriſt⁹ fruſtra verſatus ſit in terra: aut alius ſit nũc: q̃; olim: Chriſtianiſm⁹: aut nõ ex ęqua ptineat ad oẽs. Ab his igit volo te toto aĩo diſſentire: & rerum oĩm precia: vnius Chriſti cõmunione metiri. Quis vulgo nõ pręclarũ autumat: atq; inter pręcipua bona ponendũ claris maiorib⁹ ꝓgnatũ eſſe: id quod nobilitatẽ nominant. Nihil te moueat: qum audis hui⁹ ſeculi prudentes viros: graues: ſũmaq; authoritate præditos admodum ſerio de ſtemmatũ gradib⁹: adductis ſupcilijs: tanq̃; de re vehementer ardua diſſerẽtes: & magno conatu magnas nugas effutiẽtes: qum vides alios ſic auorũ atq; atauorũ imaginibus tumentes: vt reliq̃s præ ſe vix hoĩes eſſe iudicent. Sed horũ errorẽ Democritico riſu proſequens: id quod res eſt reputa: vnicã ac ſummã eſſe nobilitatẽ: in Chriſto renatũ eſſe: illius inſitũ eſſe corpori: vnũ corpus et vnũ ſpm̃ fieri cũ deo. Sint alij regũ filij: tibi maximũ ſit: quod & es & diceris filius dei: illi ſibi placeant: qđ in aulis principũ verſent: tu elige cũ Dauid abiectus eſſe in domo dei. Attẽde quos elegerit Chriſt⁹: infirmos: ſtultos: ignobiles ſecũdũ mũdum. In Adam omnes ignobiles naſcimur: in Chriſto omnes vnũ ſumus. Vera nobilitas eſt inanẽ cõtẽnere nobilitatẽ. Vera nobilitas eſt: ſeruũ eſſe Chriſti. hos tibi maiores eſſe puta

Chriſtiani veri quomodo contemptui ſunt.

De vera nobilitate.

Ro. 12. Pſ. 83 1. Cori. 1.

quorũ virtutes æmularis. Audi quid in euãgelio dixerit opti
mus ęſtimator nobilitatis ad Iudeos, qui ſe iactabant de gene
Joan.8 ris authore Abraham. Quali vero authore. Nõ tantũ illuſtri
non ſolũ opulento, nõ mõ victore regũ, ſed ob diuinas virtu
tes diuinis ornato pręconijs? Quis iſtud non inſigne, nõ glĩa
Joan.8 dignũ exiſtimet? Audi qđ audiuerint. Vos ex patre diabolo
eſtis. Et opera patris veſtri facitis. En tibi Paulus & ipe ad ma
giſtri regulã generoſitatẽ ęſtimans. Nõ enim (inquit) oẽs q
ex circũciſione ſunt Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ, neq; qui ſecundũ
Roma. 9. ſemẽ ſunt Abrahæ, oẽs filij. Pudenda ignobilitas ſeruire tur-
pitudini, cũ Chriſto nullã habere cognationẽ, q̃ non agnoſcit,
niſi qui faciunt voluntatẽ patris ſui, qui in cœlis eſt. Turpiter
ſpurius eſt, qui patrẽ habet diabolũ, habet aũt, qui illius ope-
ra facit, niſi mentitus eſt Chriſtus, ſed nõ nouit mẽtiri veritas.
Ro.8. Suprema generoſitas eſt & filiũ, & hæredẽ eſſe dei, fratrẽ aũt
& cohæredem Chriſti. Illorum inſignia, quid ſibi velint, ipſi Inſignia Chriſtianorum.
viderint. Chriſtianorum inſignia ſunt cõmunia quidẽ oĩbus,
ſed tamen illuſtriſſima, crux, corona ſpinea, claui, lancea, ſtig-
Gall.6 mata dñi, quæ Paulus in corpore ſuo ſe geſtare gloriatur. De
nobilitate itaq; vides quanto alia te ſentire velim q̃ vulg⁹ opi
naṫ. Eũ vero q̃ plurimũ auri domi cõgeſſit, qs nõ vulgo bea-
tũ, diuitẽ, ac fœlicẽ vocat? Tu ſat beatũ, imo ſolũ beatũ iudica,
q Chriſtũ, qui ſummũ bonũ poſſidet. Qui p̃cioſam illã mar- Veræ diuitiæ
garitã bonæ mẽtis vel rerũ oĩm, vel corpis etiã diſpendio mer
Matth 13. cat⁹ eſt. Qui theſaurũ inuenit ſapiẽtiæ, cũctis opib⁹ præcioſio
rẽ. Qui a Chriſto ditiſſimo aurũ emit ignitũ, pbatũ, vt locu-
Eccle.1 ples fiat. Quid igiṫ ſunt iſta, quę mltitudo miraṫ, aurũ, gẽmæ,
Apoca. 3. prædia? Falſo noĩe diuitiæ, vero ſpinæ, quæ ſemen diuini
Luce.8 verbi ſuffocãt, iuxta parabolã euangelicã, ſarcinæ ſunt, qbus
onuſti, nec pñt per peractã viã Chriſtũ nudũ ſequi, nec per
hoſtiũ humile intrare ĩ regnũ cœlorũ. Ne pilo q̃dẽ temetip-
ſum meliorem puta, ſi vel Midas vel Crœſos opibus vincas
ſed alligatiorem, impeditiorem, onuſtiorem. Abũde ſat habet
qui iſta fortiter poteſt contemnere. Satis proſpectũ eſt ei, cui
nihil defuturũ pmiſit Chriſtus. Non eſuriet, cui ſapit manna

verbi diuini, Non erit nudus, qui Chriſtũ induit. Hoc ſolũ
Damnũ et lucrũ Chriſtianorum.
damnũ exiſtima, quoties aliquid de pietate deceſſit, & vicijs
accreuit. Ingens lucrũ puta, quũ mens acceſſiõe virtutis facta
eſt melior. Nihil tibi deeſſe puta, ſi eum poſſides, in quo ſunt
oĩa. Quid aũt hoc eſt, quod miſeri voluptatẽ nominãt? Pro-
Vera voluptas.
fecto nihil minus, ꝗ̃ qđ dicitur. Quid igitur? Mera inſania
eſt, & plane, quod Græci dicere ſolent, Aiacis riſus, dulce ve
nenũ, blanda pernities. Vera & vnica voluptas, gaudium eſt
puræ conſcientiæ. Lautiſſimæ epulæ ſunt ſtudiũ ſanctarum
ſcripturarũ, iucundiſſimæ cãtilenæ, pſalmi ſpũs ſancti, feſtiuiſ
ſima ſocietas, cõmunio ſanctorꝫ omniũ. Sũmæ delitię, fruitio
veri. Tu modo purga oculos, purga aures, purga palatũ, &
incipiet tibi dulceſcere Chriſtus. Quo vere guſtato, etiã ſi Mi
leſij, Sybaritæ, Azoti, Epicurei, breuiter vniuerſi voluptatũ
architecti, oẽs ſuas illecebras in vnum conferãt, præ vno illo
nauſea videbunt. Nõ id protinus dulce eſt quod ſapit, ſed q̃d
ſano ſapit. Si febricitãti aqua vinũ ſapit, nemo iſtud voluptatẽ
noĩat, ſed morbũ. Erras, ſi nũc credis pijs hoĩbꝰ longe iucun-
diores eſſe ſuas lachrymas, ꝗ̃ impijs, riſus, cachinnos, iocoſq;
ſuos. Non his dulcius eſſe ieiunium, q̃ illis attagines, phaſides
aues, perdices, acipenſeres, aut Rhombus ſuos. Horum fru-
gales mẽſulas holuſculis & leguminibꝰ Pythagoricis inſtru-
ctas, nõ longe lautiores eſſe, q̃ iſtorũ ſumptuoſa faſtidia. De-
niq; vera voluptas eſt. Amore Chriſti, falſis delitijs nõ ſolici-
tari. Iam amoris & odij vocabulis, vide ꝗ̃ mundus abutatur.
Quũ adoleſcens inſanꝰ puellã deperit, id vulgus amorẽ ap-
Verus amor quis.
pellat, quũ nullũ verius ſit odiũ. Verus amor vel ſuo diſpen-
dio cõmodis alienis cõſulere caput. Ille quo niſi ad ſuã volup-
tatẽ ſpectat? Igit̃ nõ illam, ſed ſemetipſum amat, quanq̃ ne ſe
quidẽ amat. Nemo enĩ aliũ amare poteſt, niſi ſe priꝰ amauerit
Nemo quecq; odiſſe poteſt, niſi ſe prius oderit. Verum bene
amare, nonnũq; bene odiſſe eſt, & recte odiſſe, amaſſe eſt. Er
go qui ob tantillũ cõmodũ (vt putat) ſuũ, puellæ blandicijs,
mũeribꝰ, tendit inſidias, vt illi q̃d habet optimũ eripiat, integri
tatẽ, pudorẽ, ſimplicitatẽ, bonã mentẽ, famã, vtrum hic odiſ-

ſe an amare tibi videtur? Profecto nullũ hoc odio odiũ atro
cius. Quom inepti parẽtes liberorũ vicijs indulgẽt vulgo ai-
unt, ꝙ tenere hi ſuos amant filios? Imo ꝙ crudeliter oderũt?
q dũ ſuis more gerũt affectib⁹, liberorũ ſalutẽ habent neglec-
tui. Quid aliud nobis precaẽ hoſtis inuidiſſimus diabol⁹, ꝙ
vt hic impune peccãtes in æternũ incurramus ſuppliciũ? Le
nem magiſtrũ, & miſericordẽ principẽ vocant, qui ſceleribus
quibuſdã cõniuet, vel etiã fauet, vt hoc peccent licenti⁹, quo
impunitius. At quid aliud minaẽ ꝑ prophetã dñs ijs, quos ſua
Oſee. 4 miſericordia putat indignos? Et nõ viſitabo inqt ſuꝑ filias ve
ſtras quãdo fornicanẽ, & ſuꝑ nurus veſtras, quando adulterã
Pſ. 89 tur. Dauid vero quid ꝓmiſit? Viſitabo inqt in virga iniqui-
tates eorũ, & in verberibus peccata eorũ. Miſericordiã autẽ
meam non diſpergã ab eis. Vides vt in Chriſto mouenẽ oĩa,
& rerũ vocabula permutenẽ. Qui ſeipſũ male amat, is capita
liter odit. Qui ĩ ſeſe male miſericors eſt, is crudeliſſime ſæuit.
Bñ curare, negligere eſt. Bene lędere, prodeſſe. Bñ perdere
ſeruare eſt. Ipſe tibi curæ eris, ſi carnis deſyderia cõtempſeris.
Si bene ſęuieris in vicia, hoĩem beneficio iuueris. Si peccatorẽ
occideris, hoĩem ſeruaueris. Si ꝑdideris quod fecit homo: re-
ſtitueris quod fecit de⁹. Age vero iã potẽtiã & imbecillitatẽ, Vera potẽtia
fortitudinẽ & ignauiã qd eẽ putet error popularis? Nonne
potentẽ nominãt eũ, q quẽ velit facile queat lędere? Quanꝗ
odioſa nimiũ potentia eſt, nocere poſſe, id quod eſt iſtis, cum
cantaridibus & ſcorpijs, atq; ipſo adeo diabolo cõmune, vi
delicet dare malũ. Solus de⁹ vere potẽs eſt, q nocere, nec põt,
ſi velit, nec vult ſi poſſit, qppe cui⁹ natura ẽ bñfacere Sꝫ potẽs
iſte quõ tãdẽ lędet hoĩeꝫ? Eripiet pecuniã, pulſabit corp⁹, adi
met vitã? Si pio hoĩ id facit, bñficiũ ꝓ maleficio dedit, ſin ĩpro Lęditur ne-
bo, hic occaſionẽ qdẽ admĩſtrauit, ſed ille ipe ſibi nocuit. Nẽo mo niſi a ſe
enĩ niſi a ſeipſo lędiẽ, Nẽo aliũ parat lędere niſi lõge graui⁹ ipe ipſo.
ſeſe lędat pri⁹ Damnũ pecũię mihi dare paras, iã tu charitate
amiſſa dãnũ ĝuiſſimũ tibi ipi dediſti. Nõ potes mihi vuln⁹ infli
gere, qn ipe pri⁹ vuln⁹ mlto atroci⁹ accepis. Nõ adimes mihi
vitã corpis, niſi tute tibi pri⁹ aĩaꝫ iugulaũis. At Paul⁹ ad ĩferẽdã

Vera fortitudo. iniuriã imbecillis, ad ferendam validiſſimus, nonne gloriatur ſeſe in Chriſto poſſe oīa? Fortem et animoſũ vulgo nominant eũ, qui ferox et impotentis anī ad quantũuis leuẽ iniuriã efferueſcit iracũdia, et cõuiciũ cõuicio, maleficiũ maleficio retaliat Cõtra q acceptã iniuriã muſſitat ac diſſimlat, hũc ignauũ puſillanimẽ, inſtrenuũ appellitãt. Imo qd alieni⁹ a magnitudine animi, q̃ verbulo dimoueri a ſtatu mẽtis, & adeo alienã ſtultitiã nõ poſſe cõtemnere, vt hominẽ te non putes eſſe, niſi maleficiũ maleficio ſuparis? At quanto fortius, aīo excelſo et amplo nullã iniuriã nõ poſſe negligere, inſup et ꝓ maleficio beneficiũ reddere? Non ego fortẽ dixeri q in hoſtẽ audeat, q mœnia ſupet, qui vita ꝯtẽpta oībus periculis obijciat caput, id qđ eſt pœne gladiatoribus oīb⁹ cõmune, at animũ q poſſit vīcere, qui ex animo bene velle male volentib⁹, bene mereri de male merentib⁹, bñ precari, male p̄cantib⁹, huic deniq; debet cognomẽ fortis atq; magnanimi. Philippe. 4.

Vera gloria. Excutiam⁹ et illud, qd mũdus gloriã, ignominiã ac pudorẽ nominet. Laudaris ob qd? & a quibus? Si ob turpia, et a turpibus, iſta vero falſa eſt gloria: & vera ignominia. Vituperaris, rideris, qua gratia, & a quib⁹? Ob pietatem, ob innocentiã, vtiq; a malis, nõ iſta ignominia, ſed nulla verior gloria. Eſto ſane, vl' vniuerſus mundus explodat, exibiletq;, non põt non eſſe glorioſum, quod approbat Chriſt⁹. Et ſi quicquid eſt mortaliũ, applaudat atq; acclamat euge euge, nõ põt nõ eſſe pudẽdũ, quod deo diſplicet.

Vera prudentia. Prudẽtiã vulgo vocãt, rẽ parare ſtrenue, partã probe cõſtabilire, & porro in poſterũ ꝓſpicere. Sic enī paſſim & ſerio loquentes audimus frugi hõ eſt, catus, ordinatus, conſultus, ꝓuidus, de ijs qui breui rẽ faciũt lautiorẽ. Hoc mundus q & mẽdax eſt ipſe, & pr̄ eius. Joan. 8 At qui dicit veritas? Stulte inquit, hac nocte repetẽt a te aīam tuã? Luce. 12. Expleuerat horrea meſſib⁹, inſtruxerat cõmeatu oẽs apothecas, abunde multũ pecuniæ domi cõdiderat, nihil reſtare putabat, non (qđ fere faciũt) vt cõgeſtis opib⁹ inops cuſtos incubaret, quẽadmodũ draconẽ vell⁹ aureũ ſeruaſſe poetę fabulant̄, ſed vti partis frueret̄, et tñ hũc ſtultũ appellat euãgeliũ. Quid enī ſtultius, qd vecordi⁹,

cꝙ vmbris inhiantē, res veras amittere, id qđ ſolemus in cane illo Eſopico ridere. Et in Chriſtianorū moribus nō magis ridendū eſt, vel flendū potiꝰ? Incallidus mercator habet, quē Comicū illud fugerit. Pecuniā in loco negligere, maximū interdū eſt lucrū, qui pn̄s lucellum admittat, qđ nō ignoret ingens diſpendiū ꝯſecuturū. Quanto incōſultius, huic vmbraticæ vitæ oībus horis nutāti tanta ſolicitudine ꝓſpicere, quod tñ fuerat ſuppeditādū a deo, et in futurā vitā nihil ꝯſulere, quā ſꝑ calamitoſiſſimā exigamꝰ oportet, niſi fuerit ingēti cura ꝓſpectū? Aliū errorē accipe. Solertem & rerū peritū vocant. qui rumuſculos oēs captans, nouit toto qđ fiat in orbe. Quæ fortuna mercatuū, quid Britannorū tyrannus moliat̄, qđ noua tū Romæ, quid ortū in Gallijs, quomodo Daci victitent & Scythę. Quid cōſultent prīcipes. Breuiter q oī de negotio apud oē genus hoīm garrire calleat, eū aiūt ſapere. Quid aūt incogitantiꝰ, qđ inſcitius, cꝙ quæ ꝓcul fiāt, q̄ ad te nihil attinēt, ea veſtigare, q̄ vero in tuo pectore gerant̄. & vel ſola ad te ꝑtinēt, de ijs ne cogitare quidē? Narras mihi tumultus Britānicos, narra magis, quid in tuo pectore tumultuent̄ ira, īuidia, libido, ambitio. Quā ꝓpe iā iſtæ ſub iugō miſſę ſint. Quæ ſpes victorię. Quāta belli ps ꝓfligata. Quā inſtructa ratio. In his ſi vigilās, ſi auritus pariter & oculatus, ſi ſagax, ſi circūſpectus fueris, ſolertē te ꝓnunciabo. Atqꝫ illud qđ in nos mūdus ſolet iacere, in iꝑm te torqbo. Necqcq̄d ſapit, q ſibi nihil ſapit. Ad hūc modū ſi oēs mortaliū curas, gaudia, ſpes, metꝰ, ſtudia, ſētentias excuſſeris, īuenies plena erroris oīa Dum bonū dicūt malū, & malū bonū, dū dulce faciūt amarū, amarū dulce, lucē faciūt tenebras, & tenebras lucē. Et hæc quidem hominum multo maxima turba eſt. Verū oportet hos ſimul & cōtemnere, ne ſimilis illorū eſſe velis, & miſereſcere, vt eos tui ſimiles fieri cupias, atqꝫ (vt Auguſtini ꝟbis vtar) tū flere conuenit irridēdos, tū irridere flēdos. Noli ī malis conformari huic ſœculo, ſed reformare in nouitate ſenſus tui, vt ꝓbes, non quæ mirent̄ hoīes, ſed quæ ſit volūtas dei, et beneplacens, & ꝑfecta. Periculo ꝓximꝰes, planeqꝫ labaſcis, ſi circūſpectare cœpis

Mercator bonus pecuniā in loco negligit.

Solertia ꝟa Nouitatū famigeratores.

Nequicquā ſapit qui ſibi nil ſapit.

Eſaie. v.

Flere irridendos Irridere flendos.

Roma. xii.

quid agãt pleriq;, ſi captare, quid ſentiãt. Tu vitæ ac lucis fili- Joan.
us, ſepeliant ſine mortui mortuos ſuos, cœci cœcorũ duces ſi- 12.
mul in foueam abeant. Caue quoq; ab exemplari tuo Chriſto Matth
cordis oculos dimoueas. Nõ errabis, veritatis ductũ ſequens 8.
Non impinges in tenebris, poſt lumẽ ambulans. Hoc præ- Matth
lucente, ſi fucata bona a veris, ſi vera mala a falſis ſecreueris, 15.
horrebis nõ imitaberis cœcitatem multitudinis ad inaniſſima
rerũ ludibria, vicibus quibuſdã affectionũ, iræ, inuidiæ, amo-
ris, odij, ſpei, metus, gaudij, doloris, quouis Euripo inquieti⁹
æſtuãtis, Bragmãi, Cynici, Stoici mordic⁹ ſua dogmata tueri
ſolent, & reclamante mũdo explodentibus, exibilantibus om
nibus, tamẽ vrgent pertinaces, q̃d ſibi ſemel pſuaſerũt. Aude
& tu ſectæ tuæ decreta penitus in animo figere, aude ſecurus
ac totus in authoris tui ſententiam pedibus diſcedere.

Philoſophi ſectas ſuas fortius tuẽt q̃ Chriſtiani ſuã.

¶ Opiniones Chriſtiano dignæ.

Super hoc vide omlĩã ſup euãgelio Homo quidam erat diues q habebat villicũ Luce xvi. Itẽ Auguſtinum lib. I. de Ciuitate ca. nono.

Vicia odio habenda nõ homines.

Hæc ſp apd' te cõſtẽt veri Chriſtianiſmi paradoxa. Vt ne qs
Chriſtian⁹ ſe ſibi natũ eẽ putet, neq; ſibi velit viuere. Sʒ qcqd
habet, aut eſt, id oẽ nõ ſibi tribuat, ſed deo authori ferat accep
tũ, oĩa ſua bona oĩb⁹ exiſtĩet eſſe cõia. Proprietatẽ Chriſtiana
charitas nõ nouit. Pios amet in Chriſto, impios pp̃t Chriſtũ,
q nos adhuc inimicos ſic dilexit prior, vt ſe totũ nob̃ redimẽ
dis impẽderit. Illos cõplectat̃, qd' boni ſint, hos nihilominus,
vt bonos reddat. Neminẽ pr̃ſus hoĩeʒ oderit, nõ vtiq; magis
q̃ fidel' medic⁹ odit ęgrotũ, vitijs tãtũ ſit ĩimic⁹. Quo grauior
eſt morbus, eo maiorẽ curã adhibebit pura charitas. Adulter
eſt, ſacrileg⁹ eſt Turca eſt, execret̃ adulterũ nõ hoĩeʒ, ſacrilegũ
aſpnet̃, nõ hoĩem. Turcã occidat nõ hoĩem Det opam, vt im 23. q. 4
pi⁹ pereat, quẽ ipſe ſe fecit, ſed vt ſeruat̃ hõ, quẽ fecit de⁹. Oĩb⁹ c. duo iſ
ex aĩo bñ velit, bene pcet̃, bñfaciat, Neq; noceat cõmeritis, & ta noĩa.
proſit ĩmerentib⁹. Omniũ cõmodis pinde vt ſuis aggratulet̃.

Communia Chriſtianorũ omnia eſſe debẽt.

Omniũ incõmodis, nõ ſecus q̃ ſuis indoleat. Nimirũ hoc eſt
qd' iubet Apl'us, flere cũ flẽtib⁹, gaudere cũ gaudentib⁹. Imo Ro. 12.
graui⁹ alienũ malũ ferat q̃ ſuũ. De fraterno bono lætior ſit, q̃
de pprio Nõ eſt Chriſtiãi ſic cogitare. Quid mihi rei cũ iſto?
Albus aterue ſit neſcio, ignotus eſt, alienus eſt, nihil vnquam

bene de me meritus eſt. Læſit aliquando, nunc profuit. Nihil horũ, tantum memineris, quo merito tibi, quæ præſtiterit Chriſt⁹, qui ſuã in te bñficentiã, nõ in ſe, ſed in proxĩo voluit retaliari. Tantũ vide, quib⁹ egeat ille, & q̃d tu poſſis. Tantũ tu hoc cogita, cõfrat eſt in dño, cohęres ĩ Chriſto, eiuſdẽ corporis mẽbrũ, eodẽ redẽptus ſanguine, fidei cõmunis ſocius, ad eũdẽ gratiã & fœlicitatẽ futuræ vitæ vocat⁹. Quemadmodũ dixit Aplus. Vnũ corpus, & vnus ſpũs, ſicut vocati eſtis ĩ vna ſpe vocatiõis vr̃æ, vnus dñs, & vna fides. Vnũ baptiſma vnus deus, & pater oĩm, qui ſuper oẽs, & per omnia, & in oĩbus nobis. Alien⁹ eſſe nõ põt, qui tibi quam multiplex intercedit vnitatẽ copula? Apud gẽtiles momẽti nõnihil adferant, vl' ad beneuolentiã, vel maleuolentiã ille rhetorũ circũſtantiæ. Conciuis eſt, affinis eſt, cognatus eſt, aut contra. Familiaris, amicus, paternus, bemeritus, gratus, honeſto locus natus, opulentus, aut ſecus. In Chriſto aut nihil ſunt, aut iuxta Paulũ, vnũ & idẽ ſunt hæc oĩa. Hoc vnũ tibi obuerſet ob oculos, & ſatis ſit. Caro mea eſt, ꝯfrater ẽ in Chr̃o. Qđ in mẽbrũ ꝯfertur, nõne in vniuerſũ corp⁹ redũdat, atq; inde in caput? Oẽs ſum⁹ inuicẽ mẽbra. Mẽbra cohęrẽtia cõſtituunt corp⁹. Corporis caput Ieſus Chriſtus. Chriſti caput de⁹. Tibi fit, ſinglis fit, Chriſto fit, deo fit, quicq̃d vni cuilibet mẽbro fit ſeu bñ ſeu male Hæc oĩa vnũ ſunt Deus, Chriſtus, corpus, & membra Non recte inter Chriſtianos locum habet illud. Pares cũ paribus, & illud. Diſſimilitudo mater odij. Quorſum enim diſſenſionum vocabula, vbi tanta eſt vnitas? Non ſapit Chriſtianiſmum, quod vulgo aulicus oppidano, ruſticus vrbano, patricius plebeo, magiſtratus priuato, diues pauperi, clarus obſcuro, potens imbecilli, Italus Germano, Gallus Britanno, Britãnus Scoto, Grammaticus theologo, grammatico dialecticus, Iuriſperito medicus, doctus idiotæ, Eloquens infacundo, Celebs marito, Iuuenis ſeni, clericus prophano, ſacerdos monacho. Minor Coletæ, Carmelita Iacobitæ, et ne omniũ diſcrimina referam, nugatoria in re diſſimilis diſſimili eſt iniquior. Vbi charitas, quæ & hoſtem dili-

Ro. 12. et Gal. 3.

Vnum qualiter omnes ſumus in domino.

Odia hominum & contrarietas ex nihili rebus.

git qñ cognomen cõmutatũ, qñ color veſtis nonnihil diuerſus, qñ cingulus, aut calceus, & ſimilia deliramenta hominũ me tibi faciunt inuiſum? Quin poti⁹ pueriles iſtas nugas mittim⁹, & illud quod ad rẽ pertinet præ oculis habere cõſueſcimus, qđ multis locis inculcat Paulus, oẽs nos ĩ Chriſto capite vnius eſſe corporis mẽbra, eodẽ aĩata ſpũ? ſi tamẽ in illo viuimus, vt neq; fœlicioribus mẽbris inuideam⁹, & imbecillioribus libenter ſubueniam⁹. Vt intelligam⁹ nos ĩpos accepiſſe beneficiũ cũ bñficiũ præſtitimus proximo, nos lęſos, qum nocitũ eſt fratri. Neq; quiſq; proprie ſibi ſtudeat, ſed pro ſua virili quiſq;, quod accepit a deo, ĩ cõmune conferat: vt illo refluãt oĩa, vnde fluxerunt, puta capite. Hoc videlicet eſt, quod Paulus ſcribit Corinthijs. Sicut enĩ inquiens corpus vnũ eſt, & mẽbra habet multa. Oĩa aũt mẽbra corporis qñ ſint mlta vnũ tñ corpus ſunt, ita & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu oẽs nos, in vnũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudei, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, et omnes in vno ſpiritu potati ſumus. Nã & corpus. nõ eſt vnũ mẽbrum, ſed multa. Si dixerit pes, qm̃ nõ ſum man⁹, nõ ſum de corpe, nũ ideo nõ eſt de corpe? Et ſi dixerit auris, qm̃ nõ ſum ocul⁹, nõ ſũ de corpe, num ideo nõ eſt de corpe? Si totũ corpus oculus, vbi auditus? Si totũ auditus, vbi odoratus? Nũc aũt poſuit deus mẽbra, vnũ quodq; eorum in corpore, ſicut voluit. Quod ſi eſſent omnia vnũ membrum, vbi corpus? Nunc aũt multa quidem membra, vnũ aũt corpus. Non põt autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo, aut iterũ caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij. Sed multo magis quæ videntur mẽbra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt. Et quæ putamus ignobiliora eſſe membra corporis, his honorem abundantiorẽ circũdamus. Et quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorẽ honeſtatẽ habent. Honeſta aũt veſtra nullius egent. Sed deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorẽ tribuendo honorem, vt nõ ſit ſciſma in corpore, ſed in id ipſum pro inuicẽ ſolicita ſint membra. Vos aũt eſtis corpus Chriſti, & mẽbra de membro. Conſimilia ſcribit Romanis. Sicut enĩ inquit in vno cor-

Ephe. 4.

1. corin. 12.

Membrorũ varia officia.

Membra infirmiora neceſſariora ſũt

Ro.12. pore multa mẽbra habemus, omnia aũt membra non eundẽ
actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſin-
guli aũt alter alterius membra. habentes donationes ſecũdũ
gratiã, quæ data eſt nobis, differentes, Rurſum ad Epheſios.
Veritatẽ aũt inquit facientes in charitate, creſcamus in illo per
Ephe. 4 oĩa, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totũ corpus compactum
& connexũ, per omnem iuncturã ſubminiſtrationis, ſecũdũ
operationẽ in menſurã vniuſcuiuſq; mẽbri, augmentum cor
Gal. 6. poris facit, in ędificatioẽm ſui in charitate. Et alibi iubet inuicẽ
alios aliorũ, onera geſtare, quoniã ſumus inuicem membra
Vide igitur, num ad hoc corpus pertineant, q̃s paſſim audis
ad huc modũ loquẽtes, Mea res mihi hęreditate obuenit, iure Abuſ9 bonorum.
nõ fraude poſſideo. Qur ea nõ meo arbitratu vtar, atq; abu
tar? Qur ijs dem inde, quib9 nihil debeo? profundo, perdo.
Meũ eſt, qđ perit aliorũ nihil intereſt. Membrũ tuũ ringitur
inedia, & tu ructas perdicũ carnes. Frater nudus horret, tibi
tantũ veſtiũ tineis & carie viciatur. Tibi mille aureos vnius
noctis alea pdidit, dum interim miſera quæpiã puella, adigẽ
te egeſtate pudicitiam ſuã proſtituit, & perit anima, pro qua Ludus.
Joan. 12. Chriſtus impendit animã ſuã, Tu dicis quid mea. Quod me
um eſt, ꝓ meo arbitrio tracto. Et poſtea iſto cũ animo tibi vi
deris Chriſtian9, q ne hõ quidẽ ſis? Audis in cœtu multorũ Obtrectatoribus aurem dantes.
lędi famã huius atq; illi9, tu taces aut forte arrides obtrectanti
Cõfutaſſem inq̃s, ſi qd ad me pertinuiſſent q̃ dicebant̃. At ni-
hil mihi cũ illo qui lędebat̃. Ergo nihil tibi cũ corpoe, ſi nihil
cũ mẽbro. Ne cũ capite quidem aliquid, ſi nihil cum corpore
Vim vt inquiũt ius eſt repellere, nihil moror, qd leges impa Vim vi repellere an liceat Chriſtianis.
toriæ pmittã, hoc demiror vnde iſtæ voces in mores Chriſti
anorũ pueneruñt. Nocui, ſed laceſſit9. Malu dare malũ, q̃ ĩ me
admittere. Eſto nõ puniũt leges hũanæ, quid indulſerunt. At
quid factur9 eſt Chriſtus impator tuus, ſi ſuæ legi fraudẽ fece
Matth 5. ris, quæ extat apud Mattheũ? Ego aũt dico vobis nõ reſiſte-
re malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam,
præbe illi & alterã, & ei qui vult tecũ in iudicio contendere, &
tunicã tuam tollere, dimitte ei et palliũ. Et quicunq; te angaria

uerit mille paſſus, vade cū illo & alia duo. Diligite īimicos ve
Inimici diligendi. ſtros. Et bn̄facite his qui oderūt vos, & orate pro pſequētib⁹
& calūniātib⁹ vos, vt ſitis filij pr̄is veſtri, qui in cœlis ē, qui ſolē ſuū oriri facit ſup bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Reſpōdes, nō mihi iſta dixi. Dixit Apoſtolis, dixit pfectis. Nōne audiſti, vt filij patris vr̄i ſitis? Si filius dei nō cupis eſſe, nihil ad te pertinet lex. Quanq̃ ne bonus quidem eſt, qui pfectus eſſe nolit, Accipe & illud ſi mercedē non deſideras, nihil ad te mādatum, ſequitur enim. Si enim diligitis eos, Luce. 6.
qui vos diligūt, quam mercedem habebitis? Quaſi dicat nullam. Neq; enim iſtud facere virtus eſt, ſed non facere ſcelus eſt, Neutri debetur quicquā, quū par relatum eſt pari. Audi
Paulus legū conſultus. Paulum magnum Chriſtianarū legū, & conſultum, & interpretem. Benedicite perſequentibus vos. Benedicite, & nolite Ro. 12.
maledicere, nulli malū pro malo reddentes. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim, mihi vindictam, & ego retribuam dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ſitit, Deutrono. 32.
potū da illi. Hoc enī faciens carbones ignis cōgeres ſup caput eius. Noli vinci malo, ſed vince in bono malū. Quid igitur futurū eſt inquis, ſi procacitatē alienā mea lenitate aluero, & veterem ferendo iniuriā, inuitaro nouam? Si potes malum
Iniurias pati q̃ facere Chriſtiano cōuenit. ſine tuo malo vel effugere, vel depellere, nemo te vetat facere, ſin minus caue dixeris, facere ſatius eſt q̃ pati Si potes, emenda, vel beneficijs obruens, vel manſuetudine vincens. Sin aliter, præſtat alterum perire, q̃ vtrunq;, præſtat te patientiæ lucro diteſcere, q̃ mutua talione mali malos ambos fieri.
Chriſtianiſmi decretum Ergo Chriſtianum decretum ſit, cum omnibus amore, manſuetudine, beneficio certare, contentione, obtrectatione, contumelia, iniuria, vl' infimis etiam libenter cedere Sed indignus eſt, cui benefiat, cui concedatur, at dignum te, vt facias, dignus Chriſtus, ad cuius gratiam fit. Neq; lędere quenquā volo (aiunt) neq; lędi me patiar. Imo tu lęſus ex animo remitte noxam, cauens ne quid ſit, quod quiſq; ti-

bi remittat. Tam obſeruans eſto, in vitanda culpa tua, q̃ fa-
Eccle. 3 cilis ad remittendam alienam, Quo maior es, hoc te magis
magiſq; ſummittas, vt omnibus in charitate inſeruias. Si cla-
ro genere es, non obſcurabunt, ſed decorabunt nobilitatem
generis, mores Chriſto digni. Si doctus es, hoc modeſtius
Luce. 12. imperitorum inſcitiam feras & emendes. Hoc fratri plus de-
bes quo plus tibi creditum eſt. Diues es, memineris diſpen-
ſatorem eſſe te, non dominum, ac ſolicitus viue, quomodo
rem communem tractes. Tu credebas ſolis monachis inter-
dictam eſſe proprietatem? Indictam paupertatem? Erraſti,
vtrunq; ad omnes Chriſtianos pertinet. Lex te punit, ſi quid
alieni ſuſtuleris, non punit, ſi tuum fratre egente ſubtraxeris
At vtrunq; puniet Chriſtus. Si magiſtratus es, ne te faciat ho
nor ferociorem, ſed onus ſolicitiorem. Nõ ergo inquis mu-
nus eccleſiaſticum, non ſum paſtor aut epiſcopus. Demus
iſtud, at num etiam Chriſtianus non es? Ipſe videris cuias ſis,
ſi eccleſiaſticus nõ es Adeo Chriſtus in contemptum venit
mundo, vt pulchrum exiſtiment & regium, nihil cum eo ha-
bere commercij, hoc quenq̃ contemptiorem eſſe, quo fuerit
illi copulatior. An non audis quotidie ab iratis laicis, atrocis
conuicij loco nobis in os iaci, Clerici, ſacerdotis, & mona
chi vocabula? idq; prorſus non alio animo ac voce, q̃ ſi in-
ceſtum aut ſacrilegium exprobarent? Equidem demiror.
qur non etiam baptiſmum obijciant, qur non etiam cum Sa-
racenis Chriſti cognomen probri vice impingant. Si malũ
clericum, aut indignum ſacerdotem dicerent, aut monachum
irreligioſum, ferẽdi erant, quippe q mores hominũ notarent,
non virtutis profeſſionem contemnerent, Sed qui ſibi ſtupra
virginum, res bello raptas, pecuniam alea vl' partam vel per-
ditam, & id genus plurima facinora gloriæ ducunt, in alium
vero nihil habent cõtemptius, aut probroſius, aut magis pu-
dendũ, quod obiectent, q̃ monachi aut ſacerdotis vocabulũ,
nimirũ obſcurũ non eſt, quid de Chriſto ſentiẽt iſti, ſolo noĩe
Chriſtiani. Nõ eſt alius epiſcoporũ, alius magiſtratuũ ciuiliũ
dñs. Eiuſdem vices gerunt vtriq;. Eidem vtriq; reddenda erit

Chriſtus ipſis etiã Chriſtianis cõtẽptui eſt.

Monachi ac ſacerdotis vocabula quomodo a laicis ridentur.

Simonia in vtroq; foro committitur.

ratio. Si alio ꝙ ad illum reſpicis, vel ſuſcipiens magiſtratum vel gerẽs, nihil refert, ſi te mundus non vocat ſymoniacum il le certe vt ſymoniacũ puniet. Si publicũ munus ambis, non vt proſis in cõmune, ſed vt priuatim rei tuæ conſulas, vt vlciſ caris, quibus male vis, magiſtratus tuus latrocinium eſt apud deum. Inſequeris prædones, non vti ſuum recipiat, qui ſpo-

Magiſtratus qualiter ſe te nere debeãt.

liatus eſt, ſed ne nõ ſit apud te, qđ apđ prædones eſt. Quan- tulum quæſo inter te & illos intereſt? niſi forte, quod illi qui- dem mercatorũ, tu prædonum es præda. In ſumma niſi hoc animo geris magiſtratum, vt paratus ſis non dicam rei, ſed & capitis iactura quod iuſtũ eſt tueri, nõ approbabit Chriſtꝰ

Magiſtratu indignus qui libenter gerit magiſtratum

adminiſtrationem tuam. Addam & illud ex Platonis ſenten- tia, neminem eſſe magiſtratu dignum, qui libenter gerit ma- giſtratũ. Si princeps, caue ne te incantẽt maleficę ille aſſentato rũ voces. Dñs es, ſupra legẽ es, liber es, oĩa tibi iuſta, oĩa ho- neſta. Tibi licet, quicquid libet. Nihil te, quæ vulgo dicunt̃ a ſacerdotibus. Imo tu id quod res eſt, exiſtima, vnũ omniũ eẽ dominũ Chriſtũ Ieſum, cuius te ꝙ ſimillimũ eſſe oportet, qp-

Principes ;ac regentes qualiter ſe debẽt regere.

pe cuiꝰ vices geris. Huius diſciplina nulli præſtãda exactiꝰ, ꝙ tibi a quo ſeueriꝰ rationẽ eſt exacturus, q̃ alijs. Nõ ꝓtinus ius eſſe putato, quod vis, ſed id tantum velis, quod ius eſt. Quod vlli mortaliũ turpe futurũ erat, id ne tibi quidẽ putaris hone- ſtũ. Imo ne illa quidẽ tibi permitte, quæ vulgo ſolent cõdona ri. Quod in alijs delictũ, in te flagitiũ fore puta. Honorẽ, ad- mirationẽ, dignitatẽ, gratiã, authoritatẽ, nõ opes tibi cõciliẽt plebeis maiores, ſed mores emereant̃, popularibus meliores.

Animaduertant hoc principes.

Non ea diſcat in te mirari vulgus, quibꝰ illa ipſa facinora inui tant̃, in quæ tu quotidie animaduertis. Tolle admirationem diuitiarũ, Vbi fures, peculatores, ſacrilegi, prædones? Tol- le admirationẽ voluptatũ, vbi raptores atq; adulteri? Quo- tiens ſplendidior apud tuos videri vis, ne ſtultorũ oclis opes tuas explices, quũ fœlicior, ne luxum & voluptates oſtentes In te primũ diſcant iſta contẽnere, diſcant ſuſpicere virtutem, in precio habere fragilitatem applaudere tẽperantiæ, honorẽ habere modeſtiæ. Ne qđ eorũ tuis in moribꝰ appareret, quæ

tui faſces in populi moribus puniunt. Optime reciderís male ficia: ſi materiam maleficiorũ diuitias & voluptates/in te non viderint magni fieri Ne quem vel media de plebe præ te cõ tempſeris. Commune ex æquo precium eſt: quo vtriq; eſtis redempti. A contemptu te nõ ſtrepitus ambitionis: non fero citas: nõ arma atq; ſatellites vendicent: ſed vitæ integritas: ſe ueritas: ac mores ab oĩb⁹ populi vitijs incorrupti. Nihil pro hibet: in obeundo principatu ſummũ tenere locum: & in cha ritate nullũ diſcernere locum. Hoc principatũ eſſe puta: non opibus præcedere: ſed q̃ plurimũ omnibus ꝓdeſſe. Non ea quæ publica ſunt in tuũ commodum verte: ſed quæ tua ſunt: teq; ipſum totũ: ad publicã vtilitatem effunde: Multa tibi de bet populus: at tu illi debes oĩa. Ambitioſa nomina inuicti: ſacroſancti: maieſtatis: etſi coguntur ferre aures: animus certe non agnoſcat: ſed hæc omnia in Chriſtũ cui ſoli cõpetũt refe ras. Læſæ maieſtatis crimen: quod alij tragica voce efferunt: apud te leuiſſimum ſit. Maieſtatem principis is vere lędit: qui prĩcipis noĩe: cõtra ius: crudeliter: violent: flagitioſe qd facit. Nulli⁹ iniuria te min⁹ moueat: q̃ q̃ priuatĩ ad te pertinet Pub licã pſonã eẽ te memineris: nec oportere: niſi de publico cogi tare. Si cordat⁹ es reputa tecũ nõ quãt⁹ ſis: ſed quãtũ on⁹ hũe ris ſuſtineas Et q̃ maiore in piculo verſaris: hoc min⁹ indulge tibi, nõ a maiorib⁹ tuis: aut aſſentatorib⁹ formã adminiſtrãdi imperij: ſed a Chriſto petens. Quid enĩ abſurdius: q̃ princi pem Chriſtianum Hannibalem: Alexandrum magnum: Cæ ſarem: aut Pompeium ſibi proponere? In quibus ipſis: quum quaſdam virtutes nequeat aſſequi: ea potiſſimũ imi tabitur: quæ ſola erant fugienda Nõ protinus in exemplum trahatur: ſi quid approbantibus hiſtoricis fecit Cæſar: ſed ſi, quod fecit, non abhorret a doctrina domini noſtri: aut ſi eſt huiuſmodi: vt quanquã imitandum non eſt: ad virtutis tamen ſtudium poſſit accendere. Ne totum quidem impe rium tanti ſit: vt prudens velis a recto deflectere. Exue po tius illud: q̃ exuas Chriſtum. Ne dubita: habet ille quod tibi referat ꝓ contempto impio: longe melius imperio Nihil tam

Principatus qualiter gerendus eſt.

Geſta antiquorũ regũ ac ducũ quatenus imitãda

Galla. 3

Regum vna gloria ſi regis regũ ſequũtur veſtigia.

decorũ: tam magnificũ: tam glorioſum regibus: ꝙ ad ſum-
mi regis Ieſu ſimilitudinẽ ꝙ proxime accedere: qui vt erat
maximus, ita & optimus erat. Sed quod maximus eſſet: id in
terris diſſimulauit: quod optimus id nos ſentire maluit: quia
hoc nos maluit imitari. Negauit regnum ſuũ de hoc mundo Io.18.
eſſe: qum eſſet cœli terræqꝫ dñs. Sed principes gẽtiũ dñantur Matth
eorum: Chriſtianus nõ exercet poteſtatem in ſuos: ſed chari 20.
tatẽ: & qui maximus eſt oĩm, miniſtrũ ſe cogitet eſſe, nõ dñm Mar.9
Quo magis admiror ptãtis & dñi ãbitioſa vocabula: ad ipos

Titulorum magnorũ vanitas quos tamẽ Theologi maxiẽ amãt.

vſqꝫ põtifices ſummos & epiſcopos inuecta fuiſſe. Nec pu-
dere theologos non minus indocte ꝙ ambitioſe magiſtros
noſtros vulgo appellitari: qum vtrunqꝫ Chriſtus interdixe
rit ſuis: ne vel dñs vel magiſtros vocari ſe ſinerent: vnũ enim Matth.
eſſe tum magiſtrum tũ dominũ: qui & caput omniũ noſtrum 23.
Chriſtus Ieſus, Apoſtolus: paſtor: epus: officij ſunt vocabu-
la: non dñatus: Papa, Abbas: charitatis cognomina ſunt: non
ptãtis. Sed quid ego mare illud vulgariũ errorũ ingredior?
Ad quodcunqꝫ hominũ genꝰ ſe cõuerterit: multa vbiqꝫ vide
bit homo vero ſpiritalis quę rideat/plura quę fleat. Plurimas
opiniões deprehendet deprauatiſſimas: & a Chriſti doctrina
longe lateqꝫ diſſidentes. Quarũ bona pars inde proficiſcitur
quod etiã in Chriſtianiſmo mundum quendam induximus:

Mundus qd dicatur apud veteres Theologos.

& quod apud veteres theologos de mundo legitur: hoc parũ
eruditi: ad eos referunt: qui monachi non ſunt. Mundus in Io.14.
euangelio: apud Apoſtolos: apud Auguſtinũ: Ambroſium: et 17.
Hieronymũ dicuntur increduli: a fide alieni: crucis Chriſti Co.3.
inimici: blaſphemi in deum. Qui huiuſmodi ſunt: ſoliciti
ſunt de craſtino: quippe qui diffidunt de Chriſto: pro opibꝰ,
pro imperio: pro voluptatibus digladiuntur, vtpote qui ſenſi
biliũ rerũ præſtigijs occæcati falſa bona ꝓ veris amplectun-
tur. Hic enim mundus Chriſtum verũ lumen nõ cognouit.
Hic totus in malo poſitus: ſe amat: ſibi viuit: ſibi ſtudet: non Ioan.1.
enĩ induit Chriſtũ: qui vera charitas eſt Ab hoc ſemouit Chri 1.Io.5.
ſtus: non ſolum apoſtolos: ſed oẽs quos ſe dignos iudicauit Io.1.4.
Quo tandem igitur modo hunc ſemper in literis damnatum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0098-1

mundum cū Chriſtianiſmo miſcemus? Et mundi inani vo
cabulo noſtris vicijs blandimur? Augent hanc peſtem plę-
riq; doctores: qui adulterantes verbum dei: vt ait Paulus:
2.co.4 & ad temporum mores ſcripturam diuinam trahentes: qum
magis cōueniat mores ad ſcripturarum regulā emēdari Nul Theologorum modernorum adultera doctrina
lum autem exitialius aſſentandi genus: q̄ qum verbis euange
licis. aut propheticis: animi morbis blandimur: nō medemur
Ro. 13. Audit princeps: Omnis poteſtas a deo: protinus ſurgunt
criſtę. Qur magis tumidum te reddit ſcriptura q̄ ſolicitum?
Cogitas ꝙ deus tradidit tibi gerendum imperium: & non
Luc.16 cogitas ꝙ idem geſti imperij exiget rationem? Audit aua-
Ma.10 rus: interdictum Chriſtianis: ne binas habeant tunicas In-
Matth terpretatur theologus: alteram tunicam eſſe qcquid neceſſi
6.Lu.3 tati naturę ſuperſit: & quod ad morbum cupiditatis perti-
neat Bene habet: inquit Craſſus ille: mihi adhuc plurima de- Craſſus auaricię notatus apud hiſtoricos & poetas
ſunt Audit animalis, & a charitate frigidus hunc eſſe charitatꝭ
ordinē: vt tuā pecuniā alienæ: tuā vitam alienæ: tuam famam
alienæ anteponas. Non dabo inquit igitur: ne forte mihi ipſi
deſit. Non tuebor illius famā: ne qd maculæ meæ aſpergatur
famæ. Fratrem in periculo deſerā ne veniā & ipſe in periculū
Breuiter mihi viuā totus: ne qd vllius noīe ad me perueniat
incōmodi. Dicimꝰ & a ſctīs viris: ſi qd nō imitandū fecerūt:
id ſolum in vitę exēplū trahere: Adulteri: et ſanguinarij: Da- Excuſationes in peccatas.
uid exemplo ſibi blandiuntur. Qui ſacculis inhiant: diuitem
Abrahā nobis obijciunt. Principes: quibus pro ludo eſt paſ-
Geñ.13 ſim viciare virgines, Solomonis reginas & cōcubinas nobis
3.Re.11 annumerāt. Quorum deus venter eſt: Noe ebrietatem prę-
Geñ.9 texunt. Inceſti, Loth concubitū prętendunt ſuæ turpitudini.
Geñ.9. Qur in iſtos a Chriſto declinamus oculos? Audeo dicere ne
in prophetis quidem aut apoſtolis imitandum Chriſtianis:
ſi quid a Chriſti doctrina diuaricetur. Quod ſi ſanctos pec-
catores libet imitari: non reclamo: modo totos imitentur
Secutus es Dauid adulterantem: magis ſequere pœniten- 2.reg.11. et 12.
Luce.7 tem: Expreſſiſti Magdalenam peccatricem: exprime &
amantem multum: exprime lachrimātem: exprime ad pedes

Ieſu ſeſe abijcientem. Perſequutus es eccleſiam dei cum Pau/ lo: peieraſti cum Petro: fac & ceruicem porrigas pro pieta- te cum Paulo: crucem ne formides cum Petro. Ideo pati- tur deus & magnos viros in quædam vicia labi: ne nos lap- ſi deſperemus: ſed ita: ſi quemadmodum ſocij fuimus erran- tium: ita ſimus & emendantium errata. Nunc illud ipſum quod imitandum non erat: exaggeramus: & quædam recte ab illis facta deprauamus: aranearum inſtar tantum ſi quid ineſt veneni exugentes: aut ſalutarem etiam ſuccum nobis vertentes in venenum. Quid tibi cum diuite Abraham: cui numiſma numen eſt? Quod ille prouentu fœturę: deo rem illius fortunante: ditatus eſt: idq; in lege carnali: ideo ne tibi Chriſtiano licet per fas nefaſq; vndecunq; Crœſi opes con- gerere: quas vel male profundas: vel peius domi defodias: Ille diuitijs ſponte affluentibus: q; non adiecerit animū: vel hoc argumento ſit. Quod ſtatim ad iubentis dei vocem filiū vnicū mactandum produxerit. Quam credis contempſiſſe boum armenta: qui contempſit & filium? Tu vero nihil aliud ſomnians q; quæſtum: nihil admirans niſi pecuniam: paratus ſimul atq; inciderit: exigui lucelli ſpe: vel fratrē fal- lere: vel Chriſtum negligere: ſimile quiddam tibi putas eſſe cum Abraham? Simplices puellæ filiæ Loth: quū conſpice- rent omnem quaquauerſum regionem incendio ꝯflagrare: hoc vniuerſum mundū arbitrantes: quod oclis patebat: neq; vllum iam vſquā mortaliū ex tam vaſto incendio ſuperſtitē eſſe præter ſeſe: nō turpi, ſed pio ꝯſilio patris cōcubitū ſuffura tæ ſunt: ne videlicet nullę generis humani reliquiæ ſupeſſent: pręſertiqum adhuc vigeret diuinū præceptū, Creſcite: et mul tiplicamini. Et audebis tuas ꝓdigioſas libidines cū harū puel larū facto cōferre? Imo et cōiugiū tuū harū inceſtui: nō dubi tē poſthabere: ſi quidē in matrimonio nō proli ſeruis/ſed tuæ libidini. Dauid tot egregijs pietatis exēplis æditis: ſemel inci dit in adulteriū: obiecta opportunitate, nō captata An ob hoc ꝓtinus tibi licebit impune: totā ætatē ꝑ alienos thalamos volu tari: Petrus ſemel metu mortis: abnegauit Chriſtū ꝓ quo po

I.co.15
Jo.18.
Aranearum comparatio.
Geñ.13
Excuſatio antiquorum patrum.
Ge.22
Geñ.19
Geñ.1. et.8.
Excuſatio quorundam lapſorum.
2.Reg.11
Jo.18.

ſtea fuerat moriturus, num ideo tibi quauis de cauſa peierare
1.Ti.1. fas erit? Paulus nō affectu peccauit, ſed errore lapſus eſt ad-
monitus ſtatim reſipuit. Tu prudens, ſciens, videns, in malis
cōſeneſcis, & Pauli exēplo tibi ipi caput demulces? Matthe⁹
Matth verbū tantū iuſſus, nihil contatus ſemel totum exuit thelonea
9. riū, te pecunijs additū nō tot ſanctorū exempla, nō toties au-
dita euāgelica, nō tot cōtiones auellunt. Dicūt mihi epi, diuus
Auguſtinus duas amicas habuiſſe legitur. Verū ille ethnicus,
nos ī Chriſtianiſmo educati, ille adoleſcēs, nos cani. Egregia
collatio, qm̄ ille iuuenis, ethnicus, ne matrimonij pedicis irre-
tiret, vnam mulierculā vxoris loco habuit, & non vxori, fi-
dē tamen cōiugij præſtitit, ideo nobis Chriſtianis, ſenibus, ſa-
cerdotib⁹, epis, minus fœdū erit, per omnia libidinū voluta-
bra cōſpurcari? Actum eſt de moribus, poſteaꝗ vicia ꝟtutū
noībus donauimus? & ad tuendū mala noſtra argutiores, ꝗ
ad emendandū diligentiores eſſe cœpimus. Maxīe ſi prauas
opiniones nr̄as falſo patrocinio diuinarū literarū alere ac fulci
re cōdidicerimus. Tu igit̄ frater ſuauiſſime in totū contēpto
vulgo, cū ſuis & opiniōibus, & factis, ſyncere ac totus Chri-
ſtianā ſectā arripe? quicquid in hac vita, vel horrendum, vel
appetendū obijcitur ſenſibus, id om̄e pietati, amore ex ęquo
negligens, Vnus Chriſtus tibi ſatis ſit, vnicus author, & recte
ſentiendi, & beate viuendi. Et hanc quidē merā ſtultitiā amen
1.cori.1. ciāq; mundus exiſtimat, ſed ꝑ hāc placuit deo ſaluos facere cre
dētes. Fœlicit̄ deſipit, qui ſapit in Chriſto. Miſere deſipit qui
Philip. Chriſtū non ſapit, Verū heus tu, quēadmodū te volo fortiter
4. a vulgo diſſentire, ita nolo Cynicū qddā referentē, paſſim ali orū ſententijs aut factis oblatrare, ſupcilioſe damnare odio ſe Correctio debet eſſe lenis.
obſtrepere omnibus, rabioſe declamare in vitā cuiuſlibet, ne
duo ſimul mala tibi cōſciſcas, alterū vt in omniū odiū abeas,
alterū vt inuiſus ne queas qdē vlli ꝓdeſſe Eſto & tu oīb⁹ oīa, Correctio nimis exaſperans duo mala operatur.
1.cori.9 vt oēs Chriſto lucri facias. Quo ad licet, non offenſa pietate,
foris oīb⁹ temet accōmoda, vt intus quidem immotū ſedeat
propoſitū, foris aūt comitas, affabilitas, facilitas, commoditas
alliciat & fratrē, quē blande cōuenit inuitari ad Chriſtum, non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0101-3

aſpitate deterreri. Deniq; qd' ſentis, nõ tam ſæuis intonandũ verbis, q̃ moribus exprimendũ. Neq; rurſus ſic indulgendũ infirmitati vulgi, vt veritatem in loco fortiter tueri non audeas. Humanitate emendandi ſunt homines, non decipiendi.

¶ Canon Septimus.

¶ Porro ſi per infantiã & imbecillitatẽ animi noſtri, nondũ ad ipſa ſpiritalia licebit aſpirare, nihilo tamẽ ſegni⁹ danda erit opa, vt ſaltẽ in proximis cõſiſtam⁹. Alioqui ꝓxa cõpẽdiariaq; ad fœlicitatẽ via eſt, ſi ſemel totã mentẽ ita ad cœleſtiũ rerum admirationẽ cõuerterimus, vt veluti corpus vmbrã, ita amor Chriſti, amor æternorũ & honeſtorũ natura ſecum adducat faſtidiũ caducorũ, et odiũ turpiũ. Vtrunq; enĩ neceſſario cõſeqt̃ alterũ, & alterũ cũ altero, vl' creſcit, vl' decreſcit. Quãtũ ꝓfeceris ĩ amore Chri, tm̃ oderis mũdũ. Quo mag' mirabe ris inuiſibilia, hoc magis vileſcent res fluxę ac momentaneæ

Optima ab initio præponenda.

Oportet igit̃, quod in literis ſuadet Fabius, idem & in virtutis facere diſciplina, vt ſtatim ad optima nitamur. Quod tamẽ ſi nr̃o vicio nõ contingat, ꝓximũ eſt, vt vel humana quadã prudentia, a magnis vitijs abſtineamus, noſq; ipſos (quoad fieri poteſt) integros diuinæ bn̄ficẽtiæ ſeruemus. Nã vt ſaluti ꝓpius eſt corpus, exhauſtũ quidẽ illud & inane, verum noxijs humoribus liberũ, ita mens capacior eſt diuini muneris, nondum grauibus culpis inquinata, tametſi vera virtute adhuc vacat. Si inbecilliores ſumus, q̃ vt Apl'os, vt martyres, vt virgines imitemur, ſaltẽ ne cõmittamus, vt ethnici nos in hoc ſtadio videãt̃ præcurrere. Quorũ pleriq;, qum neq; deũ noſſent, quẽ vererent̃, neq; inferos crederent, quos formidarent, tñ ipſam p ſe turpitudinẽ modis oĩb⁹ fugiendã eſſe hoĩ cenſuerunt, adeo vt nõnulli maluerint, famæ, rei, vitæ deniq; iacturã facere, q̃ ab honeſto diſcedere. Si p tale qddã eſt pc̃m vt nõnullis ꝯmodis aut incõmodis ꝓpoſitis ſit admittẽdũ ꝑfecto. Chriſtianũ hoĩez, ſi nõ dei. vl' iuſticia deterret, vl' dehortat̃ bn̄ficẽtia, ſi nõ vl' ſpes ĩmortalitat', vl' ęťnę penę met⁹ reuocat, ſi ne ipa qdẽ natiua pc̃ĩ turpitudo retrahit, q̃ potuit et gẽtiliũ aĩos retrahere, ſaltẽ mille ĩcõmoda deterreãt, q̃ etiã ĩ hac

Gentiliũ virtus ac ꝓbitaſ

Peccata q̃ ob rem maxime vitanda.

vita peccantem conſequunť, infamia, diſpendium rei, egeſtas, contemptus et odiū bonorum, anxietas animi, inquietudo, & ille, multo miſerrimus, conſciæ mentis cruciatus, quem etiam ſi nonnulli in præſentiarū non ſentiunt, ſiue ætatis hebetudie obſcurati, ſiue peccati voluptate inebriati, tamen ſentient poſterius, & omnino tanto ſentient infœlicius, quanto ſerius. Quare iuuenes potiſſimū ſunt admonendi, vt hanc eſſe peccati naturam, malint tot authoribus credere, ꝙ infœlici experientia in ſemetipſis diſcere, neq; prius vitam vicijs contaminent, ꝙ plane quid ſit vita cognouerint. Si tibi vilis eſt Chriſtus, cui tu tanti conſtas, ſaltem tua ipſius cauſa tempera to a turpibus. Et quanq; vehementer periculoſum eſt, hoc in ſtatu, velut in triuio (qđ aiūt) diutius cōmorari, tñ ijs, q nōdū queūt ad heroicā aſſurgere virtutē, nō paulo ꝑſtabiliꝰ eſt ī politica ꝟtute cōſiſtere, ꝙ in oē turpitudīs genus ire præcipites. Nō hic eſt fœlicitatis meta, ſed hīc ꝓpior ad fœlicitatē gradꝰ. Interim tñ ſꝑ orādus deꝰ, vt nos ad meliora digneť arripere.

¶ Canon Octauus.

¶ Si crebrius ac grauius ingruet in te tentationū procella, ne protinus tibi incipias diſplicere, quaſi ob id deo tuo vel curæ, vel cordi nō ſis, aut paurum pius, aut etiam minus ꝑfectus. Imo potius gratias age, quod vt futurū hæredem erudit, vt chariſſimum filium flagellat, vt amicū explorat. maximum ē argumentū hoīem a diuina miſericordia reiectum eſſe, qū nullis tentatiōibꝰ inceſſit. In mentē tibi veniat Paulꝰ Aplꝰs, q ad tertij cœli myſteria ꝓmeruit admitti, tñ ab angelo Satanæ colaphizat. Succurrat amicꝰ dei Iob. ſuccurrat Hieronymꝰ, Benedictus, Franciſcus, cumq; his innumerabiles alij patres, maximis de vicijs ſolicitati. Si cum tantis viris, ſi cū tā mltis tibi cōe eſt qđ pateris, qd eſt, qur animū deijcias? Magis enitere, vt cū illis vincas. Nō deſtituet te deus, et faciet etiā cum tētatione prouentum, vt poſſis ſuſtinere.

Tentatio frequens qualiter ſuſtinenda ſit.

hebre. 12.

2. corin 12.

1. corin. 12.

¶ Canon nonus.

¶ Quod callidi ſolent imperatores facere, vt in tranquillis etiam rebus, tamen excubias agant, itidem tu quoq; ſemper

Proſpis etiā rebꝰ cauēdū.

animū vigilantem, ac circūſpectum ad futurū hoſtis aſſultum
habeas. Nunq̄ enī ille nō circuit, quærēs quē deuoret, Quo 1. Pet.
paratior eſſe queas, vt irritantē ſtatim fortiter retundas, exſi- 5.
bileſq̄, ſtatim peſtiferi ſerpentis caput conteras, Nunq̄ enim
ille vincitur, vel facilius, vl' perfectius. Proinde conſultiſſimū
eſt, paruulos Babylonis, illico vt nati ſunt, ad petrā, quæ Chri
ſtus eſt, alidere, priuſq̄ grandeſcant. Pſ.

## ¶ Canon Decimus. 136.

Tētator qualiter repellat.

¶ Repellitur autem maxīe tentator his modis, ſi vel vehemē
ter auerſeris animo, ſtatimq̄ in ſuggerentē vlut expuas, aut
ardenter ores, aut ad ſanctam aliquam occupationem toto
pectore te cōferas, aut ſi ꝟbis e ſacris literis petitis tētatori re-
ſpondeas, quemadmodū ſupra admonuimꝰ. Qua quidem in
re nō mediocriter profuerit aduerſus omne tentatiōis genus
certas quaſdam ſententias habere paratas, eas maxime, quibꝰ
aliquando ſenſeris animum tuum vehementer commoueri.

## ¶ Canon Vndecimus.

Victoria parta maius periculū imminet

¶ Pios hoīes duplex potiſſimū habet periculū, alterum ne in
tentatiōe ſuccūbant, alterū ne poſt victoriā in conſolatiōe &
gaudio ſpiritali inſoleſcant. Vt igit̄ tutus ſis, nō ſolū a timore
nocturno, verum etiam dæmonio meridiano, facito, vt qum Pſ. 9.
hoſtis te ad turpia ſolicitat, nō tuā ipſius reſpicias imbecillita-
tē, ſed tantū memineris te in Chriſto oīa poſſe, q non Apl̄is
mō, ſed & tibi, ſed oībus ſuis membris etiam infimis dixit, cō-
fidite, quia ego vici mūdū Rurſum quū vel poſt ſeperatū in- Joan.
ſtigatorē, vel in pio quopiā ope. ſenſeris mentem tuam, intus 16.
arcana quadā voluptate ꝑfundi, tum etiā atq̄ etiā caueas, ne
q̄d inde tuis meritis arroges, ſed totum gratuitę beneficentiæ
dei feras acceptū Teq̄ ipſum protinus verbis Pauli reprimas
Quid habes, qđ non accepiſti? Et ſi accepiſti, quid gloriaris? 1. corin.
quaſi non acceperis? Itaq̄ aduerſus duplex hoc malū, duplex 4.
erit remediū, ſi & in cōflictu, tuæ virtuti diffuſus, ad Chriſtū
caput tuū cōfugias, atq̄ in eius huius beneuolentia ſpem om-
nem vincēdi ponas, & in cōſolatiōe ſpirituali, ſtatī gratias agas
illi de ſuo beneficio, tuam indignitatem humiliter agnoſcens.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0104-0

¶ Canon Duodecimus.

¶ Quũ pugnas cum hoſte, non ſatis ſit tibi, ſi ictum illius declines, aut etiã repellas, niſi fortiter arreptũ telũ in ipſum authorem retorſeris, ſuomet illum gladio iugulans, Id ita fiet, ſi ad malũ ſolicitatus, nõ ſolũ non pecces, ſed hinc tibi arripias occaſionem virtutis. Et, quemadmodũ eleganter fingunt poetæ, Herculem obiectis ab irata Iunone periculis, animo creuiſſe atq; induruiſſe, itidem tu quoq; da operam, vt hoſtis inſtigationibus non ſolum peior nõ fias, ſed etiã euadas melior Solicitaris ad libidinẽ, imbecillitatem tuã agnoſce, ac pluſculũ etiam tibi de licitis voluptatibus interdicito, ad caſtas & pias occupatiões apponito nõnihil auctarij. Inſtigaris ad cupiditatem, ad tenacitatẽ, auge elemoſynas. Incitaris ad inanẽ gloriam, tãto magis demitte te in oĩbus Ita fiet vt vna quæq; tentatio, ſit tibi renouatio quædã ſancti propoſiti tui, & pietatis incrementũ. Neq; enĩ prorſus alia ratio efficax cõficiendi ꝓfligandiq; hoſtem nr̃m. Verebit̃ enim te denuo prouocare, ne q impietatis author eſſe gaudet, pietatis miñiſtret occaſionẽ.

Auctarium quotidie adijciendum pijs operibus.

¶ Canon Decimuſtertius.

¶ Semper autẽ hoc animo atq; hac ſpe dimices, quaſi ea pugno ſit tibi poſtrema futura, ſi victor diſceſſeris. Fieri enim poteſt, vt & iſtud præmij tuæ virtuti largiat̃ benignitas diuina, vt hoſtis ſemel turpiter victus, nunquã poſtea te repetat. Id quod legimus pijs aliquot viris contigiſſe. Nec abſurde credit Origenes, vincentibus Chriſtianis minui copias hoſtiũ, dum ſemel fortiter repulſus, nunquã ad hominẽ ſolicitandũ reuerti permittit̃. Ergo in cõflictu aude perpetuã ſperare pacem. At rurſum vbi viceris, ſic te geras, quaſi mox in prælĩũ rediturus. Semper enim alia poſt aliam expectanda tentatio, neq; vnq̃ diſcedẽdũ ab armis, nũquã reliquẽda ſtatio, nũq̃ remittendæ excubiæ, donec in hoc corporis præſidio militamꝰ Semper illud propheticum in pectore cuiq; habendum Sup cuſtodiam meam ſtabo.

Diabolus ſemel fortiter repulſꝰ nũq̃ reuerti permittitur.

Abacuk. 2.

¶ Canon Decimuſquartus.

¶ Magnopere cauendum, ne quod vicium, veluti leue con-

temnamꝰ. Nullus enī hoſtis vicit ſæpius, ꝙ q fuit cōtemptus.
Leuiſſima etiam vicia non eſſe contemnenda.
Qua in re nō paucos mortaliū miſere falli comperio. Fallunt
enī ſeipſos, dum ſibi in vno aut altero vicio cōniuētes, quod
pro ſuis quiſqꝫ moribus veniale putat, reliqua grauiter exe-
crantur. Bona pars eorum, quos vulgus integros & incor-
ruptos appellat, furtū, rapinam, homicidiū, adulterium, inceſ-
tum oppido deteſtantur, at ſimplicē fornicationē, & modera
tum voluptatis vſum, vt leue commiſſum neutiqꝫ refugiunt.
Alius ad reliqua ſat incorruptus biboſior eſt, in luxu intempe
rantior. Aliꝰ linguæ licētioris, aliꝰ inanior & iactantior. Quo
Vicijs ſuis quiſqꝫ libenter ignoſcit.
tandē vicio carebimꝰ, ſi ad hūc modū ſuo quiſqꝫ blandietur?
Argumentū eſt iſtos ne reliquas qdē ꝟtutes vere poſſidere,
quibꝰ vllū viciū placet, ſed potius ſimulachra quędā virtutū,
quæ vľ a natura, vľ educatio, vľ cōſuetudo deniqꝫ, & gentiliū
aīs īdidit. At q Chriſtiano odio vnūquodlibet viciū execrať,
oīa deteſteť neceſſe eſt. Cuius animū ſemul vera charitas oc-
cupauit, pari deteſtatione vniuerſam malorum cohortē per-
ſeqť, ac ne in venialibus, quidē ſibi blādítur, ne a minīs ſenſim
ad maxīa dilabiť, & dū ī leuibꝰ oſcitat, excidat a ſūmis. Et ſi nō
dū forte q̄as vniuerſā viciorū ſtirpē euellere, tū q̄tidie de malꝭ
Heſiodi cumulus.
nrīs aliqd decerpendū, bonis moribꝰ ſp aliqd adijciendū, Ad
eū modū decreſcet aut creſcit, ingens ille cumulus Heſiodius

¶ Canon Decimusquintus.

¶ Si te territabit labor quem oportet in conflictu tentationū
ſubire, hoc erit remediū. Noli moleſtiam pugnæ conferre cū
voluptate pctī, Sed pręſentē amaritudinē pugnæ cōpone cū
futura amaritudine pctī quæ victū ꝯſeqť, tū p̄ſentē dulcedinē
Laboris difficultas qualiter lenienda
culpæ, quæ te illectat, cū futura dulcedīe victoriæ & trāquil-
litate mētis, q̄ ꝯſequiť ſtrenue pugnantē, & mox videbis, ꝙ
iniqua ſit collatio. Verū in hoc falluntť parū cauti, qđ amari-
tudinę, pugnę ꝯparāt cū delectamēto pctī, neqꝫ reſpiciūt, qd
hoc atqꝫ illud cōſequať. Conſequiť aūt victū, multo tū gra-
uior tū diuturnior moleſtia, ꝙ vincenti fuerit in congreſſu fu-
tura, victorē itē lōge maior ac durabilior voluptas, ꝙ victo
fuerit, quę traxit ī culpā. Id qđ facile iudicabit, q fecerit vtri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0106-1

uiſq; rei periculū. Verū neminē Chriſtianū oportet vſq; adeo ignauum eſſe, vt qum quotidie ſuccumbat tentationi, nō ſaltem aliquando vel curet experiri, qd ſit vincere tentationem. Quod quo fecerit frequentius, hoc fiet victoria dulcior.

¶ Canon Decimus ſextus.

¶ Qđ ſi qñ te cōtigerit lethale vulnus accipe, caue ne ꝓtinus abiecto clypeo, relictis armis hoſti te dedas, Id qđ aīaduerti nō paucis accidere, qb⁹ anīus natura eſt imbecillior et muliebrior, vt ſemel proſtati, deſinãt reluctari, ſeſeq; totos ꝑmittãt affectib⁹, neq; cogitēt de recuꝑanda libertate. Nimiſq; ꝑiculoſa eſt iſta puſillanimitas, quæ cū interdū ingenijs nō peſſimis adiūcta ſit, tñ ad id qđ eſt oīm peſſimū ſolet adducere, deſperationē. Aduerſus hanc igit̄ hac regula cōmunienda mēs eſt, vt lapſi in pctm̄, nō ſolū nō deſperemus, ſed ignauos milites imitemur, quos nō raro pudor ignominię et accepti vulneris dolor non modo non cōijcit in fugam, verum ad fortius, q̄ꝫ antea, pugnandū, acuit redintegratq;. Itidē nos quoq;, ſimul atq; in capitalē noxā fuerimus inducti, ilico ꝓperem⁹ redire ad cor, & lapſus ignominiā noua virtutis alacritate reſarcire Facili⁹ vni vulneri medeberis, q̄ꝫ multis, facilius recenti, q̄ꝫ inueterato iam putriq;. Aīa temetipſum ꝟſiculo illa notiſſimo, quē vſurpaſſe Demoſthenes legit̄. Vir fugiens et denuo pugnabit. Cogita Dauid ꝓphetā, regē Solomonē, Petrū eccleſię ꝑncipē, Paulū Aplm̄, tanta lumīa ſctīmonię, in quæ ſcelera tñ īciderīt. Quos fortaſſe vel ob hꝰ cadere ꝑmiſit de⁹, ne tu lapſ⁹ deſpares. Erige igit̄ ī pedes, ſed ſtatī magnoq; aīo, atq; ī pugnā redito, tū ardentior, tū cautior Fit īterior vt & capitalia cōmiſſa pijs hoīb⁹, cedāt ī cumulū pietatis, dū ardenti⁹ amant, q (turpius errarūt.

Lapſis q̄ꝫ citiſſime ad Chriſtum reuertendum.

¶ Canon Decimus ſeptimus.

¶ Sed aduerſus alios atq; alios tentatoris īcurſ⁹, alia atq; alia remedia ſunt accōmodatiora. At vnicū, multoq; omniū efficaciſſimū remedium, aduerſus oē vel aduerſitatis, vel tentationis genus eſt crux Chriſti, quæ eadē eſt & errantib⁹ exemplū, & laborantib⁹ refrigeriū, & pugnātib⁹ armatura. Hæc ē vna cōtra oīa tela neqſſimi obijcīēda. Proīdę ꝯuenit ī hac di

Crucis Chriſti efficatia et verum myſterium.

ligenter exercerí, nõ quidem vulgi more, quidã paſſionis hiſ‑
ſtoria quotidie relegunt, aut crucis imaginẽ adorant, aut mil
lenis ſignis ei⁹, totũ vndiq; corpus cõmuniũt, aut fragmentũ
aliqđ ſacrati ligni domi ſeruant, aut ita certis horis ſuppliciũ
Chriſti recolunt, vt ei, tanq; hoĩ iuſto et indigna patienti hu
mano affectu cõdoleant, atq; illachryment. Nõ hic eſt verus
illius arboris fructus, verũ interĩ ſit iſthuc lac infantiũ aniarũ
Tu vero aſcende in palmã, vt verus illius fructus apprahen‑
das. Ii ſũt præcipui, ſi membra capiti in mortificãdis affectib⁹,
quæ ſũt mẽbra noſtra ſup terrã, cõformes eſſe curem⁹. Id qđ
nobis nõ ſolũ amarũ eſſe nõ debet, verum etiam vehementer ad Ro. 8c
optabile ac iucundum, ſi modo ſpiritus Chriſti viuit in nobis
Quis enim vere amat eũ, cui q̃ diſſimillim⁹ eſſe gaudeat? Ve
rum quo maiore fructu myſteriũ crucis mediteris, oportebit
vnũquẽq; ſibi rationẽ ac piã quandã digladiandi artẽ parere
& in ea diliget exerceri, vt ſimul atq; res popoſcerit, in prom
ptu ſit. Ea poteſt eſſe huiuſmodi, vt ſingulis affectib⁹ tuis cru‑
cifigendis, eam crucis partẽ applices, quæ potiſſimũ reſpon‑
Crucis fructus. deat. Nulla eſt enim omnino vel tentatio, vel aduerſitas, quæ
non ſuum ac propriũ habeat remediũ in ea. Veluti qum te ti‑
tillat ambitio huius mundi, qum pudet ludibrio ac contẽptui
eſſe, cogita o membrum infimũ, quantus ſit Chriſtus caput I. corin.
tuũ, & quo ſeſe tua cauſa deiecerit. Qum inceſſit animum in‑ II.
uidiæ malũ, memẽto q̃ benigne, q̃ cãdide ſe tutũ ille nr̃is vſib⁹
ĩpenderit, q̃ bonus fuerit etiã peſſimis. Qum ſolicitaris a gu‑ Lu.
la, recole illum felle & aceto potatum. Qum tentatus a vo‑ 24.
luptate turpi, recordare q̃ tota capitis vita ab omni abfuerit Joan.
voluptate, q̃ omnibus in cõmodis, cruciatibus, erũnis plena. 16.
Qum irritat ira, ſuccurrat ſtatim ille qui velut agnus coram Eſai.
tondente obmutuit, & nõ aperuit os ſuũ. Si te male vrit pau 53.
pertas, aut habendi cupiditas ſolicitat, protinus in mentẽ ve‑
niat ille dominus vniuerſorũ pro te factus egenus, ita vt non
haberet, vbi inclinaret caput ſuũ. Atq; ad eandẽ rationẽ, ſi & Lu. 9.
in reliquis tentationibus feceris, non ſolũ acerbũ non erit vim
attuliſſe tuis affectibus, verũ etiã dulce, propterea qđ intelli‑

ges iſto modo te conformari capiti tuo, eiqꝫ pro ſuis immen-
ſis doloribus, quos tua cauſa pertulit, quaſi gratiam referre.

¶ Canon Decimusoctauus.

¶ Atqꝫ hoc quidē remedij, quanqꝫ vnū omniū longe præſen
tiſſimū eſt ijs, qui mediocrit' ī via vitæ proceſſerūt, tamen in-
firmioribus nōnihil profuerint & illa, ſi ſolicitante ad impieta
tem affectu, ſtatim ob oculos mentis reuocent, qꝫ fœda, qꝫ ex-
ecranda, qꝫ exitialis res ſit peccatū, contra quāta hoīs dignitas
In futilibus etiā negotijs, pauliſper apd' nos ipſos cōſultamus
in hac re oīm maxīa, priuſqꝫ noſmet aſſenſu, veluti chirogra-
pho, diabolo aſtringim⁹, non noſtro cū animo reputabim⁹ a
quanto opifice ſim⁹ conditi, in qua excellenti ſtatu conſtituti,
quā immenſo precio redempti, ad quantā fœlicitatē vocati,
Hominē generoſū illud eſſe anīal, cui⁹ vni⁹ gratia mirabilem
hanc mundi machinā fabricat⁹ eſt deus, concionē angelorum
1.corin. 6. filiū dei, hæredē immortalitatis, membrū Chriſti, membrū ec
cleſiæ, corpora noſtra templa eſſe ſpūſſancti, mentes ſimula-
chra ſimul & adyta diuinitatis. At e regione pcīm eſſe peſtē
teterrimā ac tabem tum animi, tum corporis. Vtrunqꝫ enim
innatiuā ſpeciē refloreſcit innocentia, peccati vero contagio
marceſcit vtrunqꝫ etiā ī hoc ſœculo. Peccatū eſt lethale virus
ſpurciſſimi ſerpentis, authoramentū diaboli, ac ſeruitutis non
turpiſſimæ modo, verū etiam miſerrimæ. Hæc atqꝫ huiuſmo-
di vbi tecū expenderis, etiā atqꝫ etiā delibera, num ſatis cōſul-
tum ſit, obfucatam, momentaneam, venenatam pcī delecta-
tiūculam, a tanta dignitate, in tantam excidere indignitatem,
vnde te per te ipſum non queas aſſerere.

Tentatione iminente qd cogitandum.

Nota.

Humanæ naturę dignitas

Peccati vtilitas ac turpitudo.

¶ Canon Vndegeſimus.

Matth 6. ¶ Deinde duos illos authores inter ſe diſſimillimos compara
Joan, 15. deū ac diabolū, quorū alterū pctō tibi facis inimicū, alterum
conſtituis dominū Per innocentiā & gratiam aſciſceris in nu-
Gal. 4. merū amicorū dei, adoptaris in ius & hæreditatem filiorum,
2. Pe. 2. per peccatū vero cōſtitueris & ſeruus & fili⁹ diaboli Alter eſt
ętern⁹ ille fons et idea ſūmi pulchri, ſūmæ voluptatis, ſūmi bo-
Actu. 13. ni, Oīb⁹ ſeſe cōicans, Alterū oīm malorū, extremæ turpitudi-

Boni & mali ſuos habent dominos ſed inęquales.

nis, ſummæ infœlicitatis pater. Alterius in te beneficia, alteri⁹ maleficia recordare. Ille qua bonitate te condidit? Qua miſericordia redemit? Qua liberalitate locupletauit? Qua lenitate quotidie ſuſtinet delinquentē? Qua lętitia recipit reſipiſcentem? Contra hæc omnia diabolus, quanta inuidentia iam olim inſidiatur ſaluti tuæ? In quas erumnas te coiecit? Atq; adeo nihil aliud molitur quotidie, niſi vt vniuerſum hominum genus ſecum in æternum exitium trahat? His omnibus hinc atq; hinc recte penſiculatis ita tecū cogita. Ego ne oblit⁹ originis meæ, oblitus tantorum beneficiorum, propter tantillum bolū falſę voluptatis, a tam nobili, a tam amāte, a ſic merito parente deſciſcam ingratus, & me vltro turpiſſimoq; domino mancipabo? Non ſaltem illi præſtabo, quod homuncioni præſtarem bene merenti? Non illum fugiam, qui hominem fugere malum dare cupientem?

¶ Canon vigeſimus.

¶ Neq; vero minus inæquale præmiū, q; diſſimilis author. Quid enim inæqualius, q̄ mors æterna, & vita immortalis? q; ſine fine ſummo frui bono, in cōtubernio cœleſtium ciuiū, & ſine finis extremis excruciaris malis infœliciſſimo conſortio damnatorum? Atq; hac de re qui dubitat, ne homo quidem eſt, nedū Chriſtianus. Qui nō cogitat, vel ipſa eſt amentia amentior, Iam vero præter iſta, habent & in hac interim vita pietas & impietas fructus ſuos nimium diſſimiles. Ex illa enim metitur, ſecura tranquillitas animi, et beatum illud gaudium puræ mentis, quod quiſquis ſemel deguſtarit, nihil tam precioſum, nihil tam voluptuariū, mundus hic poſſidet, qui cum velit permutare. Hanc contra, qum mille alia mala, tum miſerrimus ille cruciatus animi ſibi male conſcij. Illud enim eſt centuplū ſpiritalis gaudij, quod Chriſtus pollicitus eſt in euāgelio, velut atram quandam æternæ fœlicitatis, Hæc ſunt illa apud prophetam miranda munera, quæ neq; oculos vidit, neq; auris audiuit, neq; aſcenderunt in cor hominis, quæ pręparauit deus diligentibus ſe, nimirum in hac vita, Qum interim vermis impiorum nō moritur, & inferos ſuos iam apud

Boni & mali mercedē etiā hic recipiunt ſed inæqualē

Conſcientiæ vermis.

Matth. 19.

Eſai. 64.

Eſai. 66.

ſuperos patiuntur. Nec alia eſt flamma, in qua cruciatur diues ille comeſſator euangelicus. Nec alia ſupplicia inferorum, de quibus multa ſcripſere poetæ, ꝙ perpetua mentis anxietas, quæ peccãdi cõſuetudinem comitatur. Tollat igitur qui velit futuri ſæculi tam diuerſa præmia, habet annexum ſibi virtꝰ propter quod abunde debeat expeti, habet adiunctum, cuius cauſa debet horreri.

¶ Canon Vigeſimus primus.

¶ Ad hæc cogita, ꝙ erumnoſa, ꝙ fugax ſit vita præſens, ꝙ vndiq; imminens inſidioſa mors: ꝙ paſſim opprimit inopinantes. Et quũ nemo vel de momẽto vitę ſit ſœcurꝰ, ꝙ ingẽs periculum, eam compendinare vitam, in qua ſi te mors ſubitanea (vt ſæpe accidit) deprehendit, in æternum periſti. Impœnitẽtia ante omnia cauenda.

¶ Canon Secundus & vigeſimus.

¶ Tum ſemper erit formidanda impœnitẽtia, malorum extremũ, illud nimirũ perpendenti, ex ꝙ multis, ꝙ pauci a peccatis vere ac toto pectore reſipiſcũt, præſertim ijs, qui funiculos iniquitatis in extremũ vſq; vitæ protraxerunt. Lubricus quidẽ & facilis in turpidiẽm lapſus, ſed hinc reuocare gradũ, ſuperaſq; euadere ad auras, Hoc opus, hic labor. Proĩde vel hirci Aeſopici caſu admonitus, priuſquã in peccati puteum deſcendas, cogita non perinde facilem eſſe reditum, Prouerbiorum 18. Enei. 6.

¶ Remedia contra ſpecialia quædam vicia, & primum contra libidinem.

¶ Et hactenus quidem communia aduerſum omne viciorũ genus remedia, vtrunq; demonſtrauimus, nunc conabimur, & ſpeciatim quædam tradere, quibus modis cuiq; peccato debeas occurrere, ac primum libidini, quo malo nullum aliud, neq; prius nos impedit, neq; acrius vrget, neq; latius patet, neq; plures in exitium trahit: Si quando igitur fœda libido ſtimulabit animum tuum, his armis protinus memento occurrere. In primis cogita, q̃ immũda, ꝙ ſpur- Libidinis remedia.

ca,ꝙ quouis etiam homine indigna ſit ea voluptas? quæ nos diuinũ plaſma, non pecudibus modo, verũ etiam ſuibus, hircis, canibus, & brutorũ brutiſſimis aĩalibus æquet, imo quæ porro infra pecudũ conditionẽ deijciat, qui ſumus ad angelorũ cõſortia, ad diuinitatis cõmunionẽ deſtinati. Succurrat ad hæc, ꝙ eadem ſit momentanea, ꝙ inſyncera, ꝙ ſemper plus aloes, ꝙ mellis habens. Ediuerſo, ꝗ generoſa res ſit anima, ꝙ ſacra res corpus hoĩs, quemadmodũ in ſuperioribus regulis oſtendimus. Quæ malum igitur vecordia, ob tantillam, tam fœdam voluptatis momentaneæ titillationẽ, ſimul et animũ et corpus indignis modis polluere? Prophanare templũ, quod Christus ſibi ſanguine ſuo conſecrauit? Illud item reputa, blanda peſtis, quantũ malorũ agmen ſecũ trahat. Ante omnia famam, poſſeſſionẽ longe precioſiſſimã eripit. Nullius enĩ vicij rumor ſpurcius olet, ꝙ libidinis. Patrimonium exhaurit, corpus ſimul & vires, & ſpeciẽ interimit, valetudinem vehementer lędit. Morbos innumerabiles parit, eoſꝗ fœdos. Iuuentæ florem ante diem deuenuſtat. Turpem ſenectam accelerat, Ingenij vigorem tollit, mẽtis aciem hebetat, & quaſi pecuinã mentem inſerit. Ab omnibꝰ honeſtis ſtudijs ſemel auocat, hominemꝗ quantus eſt, totũ cœno ĩmergit, vt iam nihil niſi ſordidum, humile, ſpurcum libeat cogitare. Et quod hominis erat propriũ, eripit rationis vſum, Inſaniã atꝗ infamã adoleſcẽtiã, odioſam ac turpem miſeramꝗ ſenectam facit. Sapias igiẽ, & ſic noĩati tecũ reputes. Illa & illa voluptas, tam male ceſſit, tantũ damni, tãtum dedecoris, tedij, laboris, morborũ attulit, & iterũ ſtultiſſimus hamũ vorabo prudens? Iterũ cõmittã, cuius me denuo pœniteat? Item & aliorum exemplis temet reprime, quos cognoueris turpiter & infœliciter voluptatẽ eſſe ſequutos E regione anima teipſum ad continentiã, exemplis tot adoleſcentiũ, tot delicatarũ virginũ, & collatis circũſtantijs, tibi ipſi ignauiã opprobato. Qui minus tandem tu poſſis, qđ illi atꝗ illi, eo ſexu, ea ætate, ſic nati, ſic educati, potuerũt poſſuntꝗ? Pariter ama, nec minus valebis. Cogita, ꝙ honeſta, ꝙ amœna, ꝙ florida res ſit cor-

1.corin. 3. hebre. 13.

poris & animi puritas. Hæc nos maxīe facit familiares angelis, ſpiritusſcti̅ capaces? Etenim a nullo prorſus vicio ſic reſilit ſpūs ille puritatis amator, vt impudicitię. Nuſquā ęque cōquieſcit ac deliciatur, vt in mentibus virgineis. Propone tibi ante oculos, ꝙ indecorū, ꝙ totum hoc inſanum ſit amare, palleſcere, macerari, lachrymari, blandiri, ac turpiter ſupplicem eſſe ſcorto puditiſſimo O ccinere ad fores nocturnas, pēdere de nutu domīæ, pati regnum mulierculæ, expoſtulare, iraſci, rurſum redire in gratiā, & vltro te ridendū, pulſandū, mutilandū, ſpoliandū lupæ præbere, Vbi quæſo inter iſta viri nomen? vbi barba? Vbi generoſus ille aīus reb⁹ pulcherrimis natus? Conſydera & illud tecū quantū ſcelerū gregē voluptas admiſſa ſoleat adducere. Eſt alijs vicijs fortaſſe nonnulla cū quibuſdā virtutib⁹ ſocietas, libidini nulla, ſed cū maximis plurimiſq; pcti̅s ſemper copulata eſt. Sit ſane leue ſcortari, at graue nō audire parentes, negligere amicos, ꝓdigere rem patriā, rapere alienā, peierare, ꝑpotare, latrocinari, maleficū fieri, depugnare, homicidium cōmittere, blaſphemare, in quæ oīa, & his grauiora domina voluptas te tranſuerſum rapiet, vbi ſemel tuus eſſe deſieris, eiuſq; capiſtro os miſerum porrexeris. Perpende præterea, ꝗ ſit hæc vita fumo fugacior, vmbra inanior. Quot laqueos nobis ſtruat mors, nullo non loco, nullo non tempore inſidians. Hic non mediocriter proferit, et nominatim recolere, ſi quos ex tibi quondam notis, ex familiarib⁹, ex æqualib⁹, aut etiā natu minorib⁹, maxīe vero ex ijs, quos aliquando turpiū voluptatū participes habueris. mors inopinata rapuit. Eſtoq; alieno piculo cautior. Cogita ꝙ dulcit̄ vixerīt, ſed ꝙ amare vita defūcti ſint, ꝙ ſero ſapuerīt, ꝗ̄ʒ ſero cœperīt odiſſe ſua mortifera gaudia. Succurrat extremi iudicij ſeueritas, & nō retractādę illi⁹ ſentētię, metuēdū fulmē in ignē æternū mittentis īpios, & ꝗd hæc horaria breuiſq; & exigua voluptas, æternis cruciatibus luenda ſit. Hoc loco diligenter lancibus examina, ꝗ̄ʒ iniqua ſit ꝑmutatio, ꝓ turpiſſimo breuiſſimoq; pruritu, et in hac vita multo dulci⁹ pręſtantiuſq; animi gaudiū perdere, et in futura gaudijs fraudari.

Notabene ac ſæpius tecum rumina.

Matth 25.

perhennibus, inſuper nunꝗ̃ finiẽdos dolores tã vmbratili de lectatiuncula mercari. Porro ſi durum tibi videaṫ, tantillum delectamenti pro Chriſto contemnere, recordare, quos cruciatꝰ ille tui charitate ſuſcepit Præter cões humanę vitæ iniurias, quantũ ſacroſancti ſanguinis ꝓ te effuderit, ꝗ̃ ignominioſam, ꝗ̃ acerbam mortẽ ꝓ te dependerit, & tu horũ oĩm ĩmemor, rurſum filium dei crucifigis, iterans inſanas voluptates, quæ caput & domũ tuũ ad tam diros adegere cruciatus. Tũ iuxta ſuperiorẽ regulã recole. quantũ ille beneficiorũ in te nihil dum promeritum accumularit, pro quibus omnibꝰ, qum nulla par gratia rependi queat, tamen nullã repoſcit aliam ꝗ̃ vt exemplo ipſius a mortiferis illecebris coerceas animũ, & ad ſummi boni ſummiꝗ̃ pulchri conuertas amorem. Compone inter ſe duas illas Veneres, & duos Cupidines Platonicos. i. honeſtum amorem, & fœdũ, ſanctam voluptatẽ & turpem, confer vtriuſꝗ̃ diſſimilẽ materiam, confer nauras, confer præmia. Et in omni quidem tentatiõe, maxime vero qum ad libidinem ſolicitaris, proponito tibi ante oculos tuos, angelum tui cuſtodẽ, omniũ quæ vel facis vel cogitas aſſiduum ſpectatorẽ ac teſtẽ, deum inſpectorem, cuius oculis omnia patent, qui ſedet ſupra cœlos & intueṫ abyſſos. Et rem adeo fœdam, vt homuncione teſte facere pudeat, non vereberis corã angelo tibi proximo, deo, totoꝗ̃ cœlitum choro ſpectante et execrante facere? Puta aũt id quod res eſt, & ſi tibi oculi eſſent pluſꝗ̃ Lyncei, pluſꝗ̃ aquilini, tamen iſtis nõ clariſſima luce certius conſpexeris, quod corã te facit homo, ꝗ̃ oẽs animi tui latebræ perſpicue ſunt dei & angelorum conſpectibus. Quin & illud tuo cum animo reputa, qum libidini cedis, alterum e duobus futurum, aut vti ſemel guſtata voluptas, ſic mentem tuam excãtet obſcuretꝗ̃, vt de turpitudine eas in turpitudinem, donec excœcatus venias ĩ ſenſum reprobum & obſtinatus in malo, ne tum quidem queas voluptatem turpem relinquere, qum illa te deſeruit. Id quod plæriſꝗ̃ videmus euenire, vt effœto corpore, extincta forma, frigente ſanguine, deficientibus viribus, caligantibus oculis, ta-

Sapiẽ. 2.
Hebre. 6.

Veneres ac Cupidiẽs Platonici.

Angelos ſpectator ac teſtis operũ noſtrorum.

Matth 18.
Prouerbio. 18.
Hebre. 4.

Nota bene.

Ro. 1.

men adhuc pruriant ſine fine, & ſceleratius turpiloqui ſint ꝙ olim fuerint impudici. Quare quid eſſe poteſt execrabilius, monſtroſiuſq;? Alterum vt ſi forte contigerit te ſingulari fauore diuino reſipiſcere, maximo animi dolore, ſummis laboribus, plurimis lachrymis breuis illa & fugitiua voluptas expianda ſit. Quanto igitur conſultius, omnino nõ admittere virus voluptatum carnalium, ꝙ vel in tam deploratã induci cœcitatem, vel tantillam, eamq; falſam delectatiunculam, tanta moleſtia dependere? Iam vero & a perſonæ tuæ circumſtantijs multa licebit ſumere, quæ te a voluptatibus auocare queant. Sacerdos es, cogita te totum diuinis rebus conſecratum eſſe. Quam indignum tandem flagicium ſit, eo ore quo corpus illud adorandum ſumis, putidam ſcorti carnem contingere, ijſdem manibus, quibus miniſtrantibus angelis ineffabile illud myſterium peragis, abominandas contrectare ſordes. Quam non conueniant, idem corpus, eundem ſpiritum cum deo fieri, & vnum corpus fieri cum meretrice. Si doctus es, tanto generoſior deoq; ſimilior animus, tanto hac contumelia indignior. Si nobilis, ſi princeps, quanto flagicium conſpectius, tanto offendiculum grauius. Si coniugatus, cogita ꝙ honeſta res ſit thorus immaculatus, daq; operam, vt (quo ad fieri poteſt) tuum coniugium imitetur ſanctiſſimas nuptias Chriſti & eccleſiæ, quarum gerit imaginem. i. vt ꝙ̄ minimum habeat turpitudinis, plurimum fœcunditatis. In nullo enim vitæ ſtatu non turpiſſimum eſt ſeruire libidini. Si iuuenis es, etiam atq; etiam conſydera, ne florem æui nunꝙ rediturum, temere polluas. Ne re fœdiſſima perdas annos optimos, vereq; aureos, qui & fugiunt perniciſſime, & recurrunt nunꝙ. Ne nunc per inſcitiam & incogitantiam ætatis committas, quod te in omnem vſq; vitam mordeat, præſequente ſcelerum conſcientia, & amariſſimis illis aculeis, quos fugiens voluptas in animis noſtris relinquit. Si mulier, iſtum ſexum, nihil magis decet, ꝙ pudor. Si vir tanto maioribus rebus dignus, & iſtis tam friuolis indignior. Si ſenex opta tibi oculos alienos, vt videas ꝙ te de-

[Margin notes: Argumenta a perſona. — Sacerdos. — I. corin. 6. — Doctus — Nobilis. — Coniugatus. — Hebre. 13. — Ephe. 5. — Iuuenis. — Vir. — Mulier. — Senex.]



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0115-1

Senex. deceat voluptas quæ in adoleſcentib⁹ miſeranda quidem eſt, & coercenda, in vetulo vero portentoſa, & ipſis quoq; voluptatum ſectatoribus deridicula. Inter omnia monſtra nullum monſtroſius ſenili libidine. O delire, & nimiũ oblite tui, ſaltem ad ſpeculũ, canos, & capitis niues, aratamq; rugis frontem, cadaueriq; ſimillimam faciem contemplare, ac iam capulo proximus, alia annis tuis magis conſentanea cura. Saltem quod ratione decuerat facere, hoc annis admonentibus vl' cogentibus potius facito. Ipſa iam te voluptas repellit, neq; ego inquiẽs iam tibi decora ſum, neq; tu mihi idoneus. Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atq; bibiſti. Tempus abire tibi eſt. Quid adhuc vitæ perpermis delicias, qum ipſa etiã te deſerat vita? Iam tẽpus eſt, vt aliquãdo incipiat in ſinu tuo cubare myſtica illa cõcubina Abyſag. Ea ſancto feruore calefaciat mentẽ tuam, huius amplexibus frigentia membra confoue. 3. regũ.

Abyſag iſta Hieronymo ſapientiam myſtice ſignificat.

¶ Epilogus remediorum contra incentiuum libidinis.

¶ Iam vero vt ſummatim perſtringã, hæc ſunt potiſſimum, quæ te a carnis illecebris tutum reddent. Primũ occaſionum omnium cauta ac diligens fuga. Quod præceptum quanquã in reliquis quoq; conuenit obſeruari, propterea, quod qui periculum amat, dignus eſt, qui in illo pereat, tamen hæ potiſſimũ ſunt illæ Syrenes, quas haud fere quiſquã euaſit, niſi q ꝓcul aufugit Deinde victus & ſomni moderatio. Temperantia a voluptatibus etiam permiſſis. Reſpectus mortis tuæ, & mortis Chriſti contemplatio. Iuuabunt & illa, ſi cum caſtis et integris conuixeris, ſi corruptorum & molliũ colloquia, veluti peſtem quandã vitaris. Si ſolitudinem ocioſam, & otiũ ignauum fugeris, ſed animam cœleſtium rerum meditatione, honeſtiſq; ſtudijs gnauiter exercueris. Maxime vero, ſi ſacrarum literarum veſtigationi, toto pectore te conſecraris. Si & frequenter, & pure oraueris, maxime irruẽte tentatione. Eccle. 3.

¶ Aduerſum irritamenta auaritiæ.

¶ Si ſenſeris te vel natura propenſiorẽ ad philargiræ viciũ,

vel a diabolo inſtigari, recole iuxta ſuperiores regulas dignitatem conditionis tuæ, qui ad hoc tantum creatus es, in hoc redemptus, vt ſummo illo bono ſemper fruaris. Totam vero hanc mundi machinam fabricatus eſt deus, vt omnia tuis ſeruirent vſibus. Quam ſordidum igitur q̄ȝ anguſti animi, non vti, ſed tantopere demirari, res mutas, & viliſſimas. Tolle hominum errorem, quid erit aurum & argentum, niſi terra rubra & alba, Quod nemo gentilium philoſophorum non contempſit, hoc tu pauperis Chriſti diſcipulus, & ad longe meliorem poſſeſſionem vocatus, vt magnum quiddam admiraberis? Non poſſidere diuitias, ſed contemnere diuitias magnificum eſt. Sed reclamat mihi vulgus nomine tantum Chriſtianorum, & ſeipſum callidiſſime gaudet fallere. Ipſa inquiunt neceſſitas nos hortatur, vt rem faciam⁹, quę ſi fuerit nulla, ne viuere quidem liceat ſi cōtractior, nimis incommode viuitur, ſin lautior, vberiorq̄ȝ, plurimum adfert commoditatis. Conſulitur valetudini, proſpicitur liberis, commodatur amicis, excluditur contemptus, deniq̄ȝ et fama melior, quū res bene habet. Ex aliquot Chriſtianorum milibus, vix vnum atq̄ȝ alterum inuenias, qui iſta non & dicat & ſentiat. Verum vt iſtis ad vtrunq̄ȝ reſpōdeam primū quod cupiditatem ſuā neceſſitatis nomine prætexunt, obijciam illis viciſſim parabolam euangelicam, de lilijs, & auibus in diem viuentibus, ad quorum imitationem nos hortatur Chriſtus obijciam, quod idem ne peram q̄dem aut ſacculum ſuis geſtandum permiſerit. Obijciam, quod nos reliq̄s omiſſis iubet ante omnia quærere regnum dei, & hæc omnia nobis adijcienda promittit. Quū vnquā non ſuppetierunt victui neceſſaria, ijs qui toto pectore pietati ſtuduerunt? Quātulū vero eſt illud, quod a nobis natura flagitat? Atqui tu neceſſitatē nō vſib⁹ naturæ, ſed cupiditatis terminis metiris. Pijs aūt & illud ſatis eſt, qd' naturæ parū eſt. Quāq̄ȝ equidē nō ita valde miror iſtos, qui rē vniuerſā ſuā ſemel relinquūt, vt īpudēti⁹ mēdicēt alienā. Nō eſt culpa poſſidere pecuniā, ſed mirari pecuniā cū vicio ꝯiūctū, Si affluit fūgere boni diſpēſatoris

Auaritiæ remedia.

Luc. 10 Matth 9.

Diuitijs qualiter vtendū.

officio, ſin eripit, ne macerare, tanq̃ re magna ſpoliatus, imo gaude tibi detractam ſarcinam periculoſam Verum qui præcipuum vitæ ſtudium in coaceruandis opibus conſumit, qui eas vti præclarũ quiddam & expetendũ ſuſpicit, & porro in longum, inq̃ Neſtoris vſq̃ ſenectam recondit, is fortaſſe bonus mercator recte dicet, bene Chriſtianũ equidẽ non dixerim, qui totus de ſe pendeat, & de Chriſti promiſſis diffidat Cuius bonitas quũ paſſerculus benigne, & paſcat, & veſtiat hominem piũ ſibiq̃ fidentem deſtituet ſcilicet? Sed iam cõmoditatũ, quas adferre credunt rationem ineamus. Primũ etiã gentilium philoſophorum conſenſu, inter vtilia bona diuitiæ poſtremũ locum obtinent, & quum iuxta Epicteti partitionẽ præter vnã animi virtutẽ, reliqua omnia extra hominẽ ſint: nihil tamẽ tam extra nos eſt, q̃ pecunia, nihil tam exiguã adfert commoditatẽ. Etenĩ ſi quicquid vſq̃ eſt auri, quicquid gẽmarũ, id omne tu ſolus poſſideas, num ideo tua mens fuerit vel pilo melior, num prudentior, num doctior? Num corporis valetudo ꝓſperior? Num valentiorẽ, formoſiorẽ, iuniorem reddet. At voluptates parat. Verũ, ſed mortiferas. Sed honorẽ conciliat. At quẽ tandẽ? Nempe quem falſum tribuunt ij. qui non niſi ſtulta mirant, & quibꝰ placuiſſe, pene vituperari eſt. Verus honos eſt laudari a laudatis, ſũmus honos eſt placuiſſe Chriſto, Verus honor, nõ opum, ſed virtutis eſt præmiũ. Cedit tibi, ſuſcipit te plebecula. Stulte, veſtes illi tuas mirantur, non te. Qum tu in teipſum deſcendis, & animi tui miſeram pauperiem conſyderas? quam vulgus ſi videret: tam miſerandum iudicaret, q̃ nũc beatum prædicat. Verum amicos res comparat. Fateor, ſed falſos, neq̃ tibi eos comparat, ſed ſibi. Atq̃ adeo iſto titulo vel infœliciſſimus eſt diues, quod amicos ne dignoſcere quidem queat. Alius in ſinu odit vt tenacem, alius inuidet, vt opulentior, alius ad ſe ſpectans, aſſentatur, & arridet, vt arrodat. Coram qui eſt amantiſſimus, maturam mortem precatur. Nemo tam amat quin mortuum malit q̃ viuũ. Nemo tam familiaris, a quo verum audiat. Quod ſi maxime ſit, qui diuitem ſyncere diligat,

Matth 10.

Diuitiæ inter boni poſtremũ locũ obtinent.

ille tamen non poteſt quenꝗ non habere ſuſpectum omnes vultures iudicat, cadaueri inhiantes, omnes muſcas ad ſuũ compendium aduolentes. Quicquid igitur cõmoditatis videntur adducere, id fere, fucatum, vmbraticum, præſtigioſumꝗ eſt. At verorum malorum plurimũ adferunt, verorũ bonorum plurimum adimũnt. Proinde ſi bene accepi atꝗ expenſi rationẽ ſubduxeris, profecto reperies, nunquã tantum adferre commoditatis qui nimio plus incõmodorum ſecum trahant. Quam miſeris laboribus parãtur, quantis periculis, quanta ſolicitudine ſeruatur, quanto dolore amittunt. Quibus de cauſis & ſpinas appellat Chriſtus, quod omnẽ animi tranquillitatem, qua nihil homini dulcius, mille curis dilaniant. Neꝗ vnꝗ ſitim ſui ſedant, verũ magis ac magis irritant. In omne nefas præcipites agunt. Neꝗ tibi fruſtra blandiare dicens, nihil ꝓhibet pariter & diuitem eſſe, & pium, Memento quid dixerit veritas, facilius eſſe camelum tranſire per foramen acus ꝗ diuitem intrare in regnũ cœlorum. Planeꝗ verum eſt illud apud diuũ Hieronymum, diuitem hominem, iniqui aut dominum eſſe, aut hæredem. Ingens opulentia nunꝗ ſine peccato, vel paratur, vel ſeruatur. Cogita, quanto meliorib⁹ opibus te ſpolient. Odit enim virtutis indolẽ, odit honeſtas artes, quiſquis admirator eſt auri. Præterea vnum auaritiæ vicium idolatria nominatur a Paulo, neꝗ cum vllo prorſus alio minus conuenit Chriſto, Nec idem potes & deo ſeruire & Mammonæ.

Luce. 6. Matth 19. Ep. 5. Matth 6.

## ¶ Epilogus remediorum contra vicium auaritiæ.

Deſines igitur mirari pecuniam, ſi vera bona cũm falſis, ſi fucata commoda, cum veris incommodis diligenter expenderis. Si ſummum illud bonum contemplari atꝗ amare condidiceris, quod vnum qum adeſt, etiam ſi reliqua omnia defuerĩt, abunde explet animum hominis, qui capatior eſt, ꝗ vt vel vniuerſis huius mundi bonis queat ſatiari. Si crebro tibi reuocaris ob oculos, qualem te primum terra naſcentem exceperit, qualem item receptura ſit morientem. Si ſemper

cogitationi obuerſetur tuæ ſtultus ille euangelicus, cui dictũ eſt, hac nocte repetent a te animam tuã, & hæc quæ congre- gaſti, cuius erunt? Si mentem a deprauatis vulgi moribus ad Mariæ, Apoſtolorũ, martirũ maxime Chriſti capitis tui pau- pertatem flexeris, ſemperq́ veh illud tibi metuendum eſſe ſta tus, quod ille diuitibus huius ſæculi minatus eſt. Luce. 12. Luce. 6

## ¶ Contra Ambitionem.

Ambitionis remedia.

Si quando incãtamentis ſuis tentabit animũ tuum ambitio, his remedijs eum præmunies, Statim iuxta ea quæ ſuperius tradidimus, hoc mordicus teneto. ſolum eũ honorem eſſe, q a vera virtute proficiſcitur, quem ipſum tamen oportet inter- dum fugitare, quemadmodum & ſermone & exemplo nos docuit Chriſtus Ieſus. Vnicum autem honorem, & ho mini Chriſtiano expetendum eſſe, non ab hominibus, ſed a deo collaudari. Etenim quem ille cõmendat (vt inquit Apo- ſtolus) is demum probatus eſt. Honor autem, ſi ab homine defertur, ob rem inhoneſtã, vtiq́ a turpibus, non honor iſte, ſed ingens eſt probrum. Si ob mediam, puta formam, vires, opes, genus, ne tum quidem honor recte dicetur Nemo enĩ promeretur honorem ea re, qua non meretur laudari. Si ob honeſtam, honos quidem erit, at non appetet, qui promeri- tur, ipſa nimirum virtute & cõſcientia recti cõtentus. Vide igitur q̃ dericuli ſint honores iſti duorum cupiditate tantope vulgus æſtuat. Ac primum enim a quibus tandem dantur? Nempe ab ijs quibus nullum diſcrimen honeſti. Ob quæ? Plerumq́ ob media, nonnunquam ob turpia. Cui? Indigno. Quiſquis igitur honorem exhibet, aut metu facit, & viciſſim eſt metuendus, aut vt proſis, & ridet te, aut quia miratur res nihili, nulloq́ honore dignas. et miſerandus eſt, aut quia te iu dicat his rebus ornatum, quibus honos debeatur, quod ſi falſo opinatur, cura vt fias id, quod ille te putat eſſe, ſin vere omnem honorem tuum in eum refer, cui debes & illa quib⁹ honos tribuitur. Tam non conuenit tibi arrogare honorẽ, q̃ nõ debes tibi arrogare virtutẽ. Alioqui quid amentius, q̃ tui

Matth 11. Joã. 6. 2. corin 10.

Honor huius æculi q̃ fal- ſus eſt.

precium de homuncionū opinione metire? Quibus in manu eſt ſimul atq; collubuit, hoc ipſum honoris quod largiuntur rurſus auferre, ac te modo honeſtatum dehoneſtare. Proinde, nihil ſtultius, q̄ꝫ talibus honoribus, vel geſtire, qum contingunt, vel ringi, qum auferuntur. Quos veros non eſſe vel hoc intelliges argumēto, quod ſunt cum peſſimis & ſceleratiſſimis communes. Imo nullis vere contingunt copioſius, q̄ꝫ ijs, qui ſunt veris honoribus indigniſſimi. Cogita q̄ beata trāquillitas modeſtæ priuatæq; & ab omni ſuperbiæ ſtrepitu remotæ vitæ. Contra q̄ꝫ ſpinoſa, q̄ꝫ plena curarum, periculorū, dolorum, vita potentium. Quam difficile ſecundis in rebus non obliuiſci ſui. Quam arduum iu lubrico ſtantē non cadere. Quā capitalis ex alto ruina. Omnē honorem ſummo onere coniunctum eſſe. Quam ſeuerum iudicium ſupræmi iudicis in eos futurum ſit, qui hic ſeſe in honoribus vſurpandis cæteris antepoſuerunt. Etenī qui ſeſe demiſerit, ei vt puſillo ſuccurret miſericordia. Qui vero ſeſe vti ſpectatum erigit, is ſibi ipſi gratiæ ſubſidium intercludit. Chriſti capitis exemplū ſemper animo inhæreat tuo. Quid illo ſecundum ſæculum ignobili⁹, deſpecti⁹, inhonorati⁹? Quā fugit honores etiā oblatos q̄ quis honore maior erat. Quā deriſit aſello ſedens. Quam damnauit palla tectus, & ſpinis coronatus. Quam non glorioſam mortem elegit. Sed quem mundus contempſit, hunc glorificauit pater. Tua gloria ſit in cruce Chriſti, in qua et ſalus eſt tua. Quorſum tibi humani honores, ſi te reijciat, deſpiciatq; deus, execrentur angeli?

Luce. 14.

Joan. 6.

Joan. 12.

Gall. 6

¶ Contra elationem tumorēq; animi.

¶ Non intumeſces animo, ſi iuxta tritiſſimum illud adagium cognoris temetipſum. i. ſi qcqd in te magnū, qcqd pulchrū, qcq̄d pręclarū, id dei mun⁹, nō tuū bonū eſſe ducas. Contra, qcqd humile, qcqd ſordidū, quicquid prauū, id totū ad te ſolum referas. Si memineris, quantis in ſordibus conceptus ſis, quantis natus, q̄ꝫ nudus, q̄ꝫ inops, q̄ꝫ brutus, q̄ miſerandus in hāc lucē prorepſeris. Corpuſculū illud, quot vndiq; morbis, quot caſib⁹, quot erumnis expoſitū ſit. Immanē iſtū gigantē, Superbiæ remedia.

& immenſo turgentem ſpiritu quantula res poſſit repente cō ficere. Expende & illud, cuiuſmodi ſit illud, vnde tibi places. Si medium, ſtulticia eſt, ſi turpe, dementia, ſi honeſtum, ingratitudo Memineris nullum aliud eſſe certius ſtoliditatis inſipientiæq; documentum, q̄ ſi quis ſibi vehementer placeat. Præterea nullum ſtulticiæ genus eſſe deploratius. Si turgeſcit animus, quod ſe tibi ſubmittit homuncio, cogita, quanto maior quantoq; potentior tuo immineat capiti deus, qui omnē ceruicem elatam deprimit, et omnes colles in plana deducit, qui nec angelo quidem ſuperbienti pepercit. Conducent & illa, licet leuiora, ſi te ſemp componas cum præſtantioribus. Places tibi de forma corporis, confer te cum ijs qui te forma præcedunt. Criſtas erigit tibi doctrina, ad eos refer oculos, ad q̄s tu nihil didiciſſe videaris. Deinde ſi reputaris, non quantum adſit honorum, ſed quantum deſit, & cum Paulo oblitus eorum, quę a tergo ſunt, enitaris ad ea quæ a fronte reſtant. Prętera non inſcitum fuerit & illud, ſi afflante ſuperbiæ vento, mox noſtra ipſorum mala vertamus ī remedium, quaſi venenum veneno pellentes. Id ita fiet, vbi ſi quod ingens corporis vicium, ſi quid inſignis incommodi nobis vel fortuna dedit, vel attulit ſtulticia, quod animum vehemēter mordeat, id ante oculos ſtatuamus & pauonis exemplo. ea noſtri parte noſmetipſos potiſſimum contemplemur, qua ſumus deformatiſſimi: ita fiet, vt ſtatim ſubſidant criſtæ. Ad hæc, præterq̄ qd non aliud vicium deo inuiſius eſt, & apud homines in primis vbiq; odioſa, atq; irriſa arrogantia, quum cōtra modeſtia, & diuinum fauorem conciliet, & hominum beneuolentiam adglutinet. Ergo vt ſummatim dicā duo pręcipue ꝓhibebunt a ſuperbia, ſi conſyderes quid ipſe ſis in te, putredo in exortu, bulla in omni vita, eſca vermium in morte, & quid Chriſtus factus ſit pro te.

2. Pet. 2, Eſa. 40. Philip. 3.

Notabene. Hb.

¶ Aduerſus iram, & vindictæ cupiditatem.

Iracundiæ remedia.

¶ Quum te vehemens animi dolor, ad vltionem extimulat memineris nihil eſſe minus iram, q̄ quod falſo imitatur, puta

fortitudinem. Nihil enim ęque muliebre, nihil tam imbecillis proiectiq́ꝫ animi quàm vindicta lætari. Animoſus videri ſtudes, quod inultam iniuriam non pateris, at iſthoc demum pacto prodis puerilitatem tuam, qui (quod eſt viri proprium) animo temperare nõ queas. Quanto fortius, quãto generoſius, alienam ſtultitiam contemnere, quàm imitari. At nocuit, ferox eſt, inſultat. Quo turpior eſt, hoc magis caue, ne fias illi ſimilis. Quæ malum veſania eſt, vt alienam improbitatem vlciſcaris, te fieri improbiorem? Si contempſeris contumeliam, intelligent omnes indigno factam. Sin commoueare, iã inferentis cauſam feceris meliorem. Deinde illud reputa, qđ res eſt, ſi quod eſt acceptũ incommodum, id neutiq́ꝫ tolli vindicta, ſed propagari. Quis enim deniq́ꝫ finis fuerit mutuarum iniuriarum, ſi ſuum quiſq́ꝫ dolorem porrexerit vindicta retaliare? Creſcunt vtrinq́ꝫ inimici, incrudeſcit dolor, qui quo inueteratior eſt, hoc nimirũ inſanabilior. At lenitate tolerantiaq́ꝫ ſanatur nonunquã etiam is qui fecit iniuriam, & ad ſe reuerſus, ex inimico fit certiſſimus amicus. Per vltionem vero malũ ipſum quod a te cupis depellere, id in te reciprocat̃, non ſine malo fœnore. Erit & illud non inefficax iræ remedium, ſi iuxta ſuperiorem rerũ partitionẽ, conſyderes hominẽ homini non poſſe nocere, ſi nolit, niſi in his quæ ſunt extraria bona, nec ad ipſum hominẽ magnopere pertinent. Nam vera animi bona ſolus deus poteſt eripere, quod non ſolet, niſi ingratis, ſolus poteſt lagiri, quod non conſueuit immitibus & ferocibus. Nemo igitur Chriſtianus lęditur, niſi a ſemetipſo, nulli nocet iniuria, niſi ſuo authori. Adiuuant & hæc, tametſi leuiora, ne dolori mentis obſequare, ſed commode collectis rethorum circumſtantijs, pariter & tuum incommodum extenues & alienam eleues iniuriam, his ferme modis, Leſit, ſed facile reſarcietur. Tum puer eſt, rerum imperitus adoleſcens, mulier eſt, alieno fecit inſtinctu, imprudens, probe potus, æquum eſt ignoſcere. At contra grauiter quidem lęſit, ſed pater eſt, frater, pręceptor, amicus, vxor, par eſt, hoc doloris illius vel charitati, vel authoritati con-

Iniuria qualiter facilius ſufferatur.

Iniuria qualiter facilius ſufferatur

donare. Aut paria faciens iniuriam cum alijs illius in te beneficijs compenſabis, vel cum tuis in illum offenſis exęquabis. Hic quidē lęſit, ſed alias q̄ȝ ſępe profuit? Illiberalis eſt animi, benefactorū obliuiſci, iniuriolæ meminiſſe, Nunc me offendit, ſed quoties a me offenſus. Ignoſcam illi, vt mihi meo exemplo ignoſcat & ipſe delinquēti. Porro mꝉto pręſentiꝰ remedīū fuerit, ſi in peccato hoīs in te cogites, quæ, quāta, quoties tu peccaris in deū, q̄ȝ multis noībus illi ſis obnoxius. Quantū tu remiſeris debitori fratri, tantū tibi condonabit deus. Hanc diſſoluendi æris alieni rationē nos docuit, creditor ipē. Non recuſabit legem, quam ipſe ſtatuit. Tu vt a culpis exſoluaris, Romam curſitas, nauigas ad diuum Iacobū, emis cōdonationes ampliſſimas. Equidē nō damno, quod facis, ſed vt oīa facias, nulla tamē cōmodior ratio, qua poſt offenſam reconcilieris deo, q̄ȝ ſi tu offenſus reconciliare fratri. Condona leuem culpā proximo (leue enim eſt, quicquid homo peccat in hominē) vt tibi tot milia culparum condonet Chriſtus. At durū eſt inquis animū excandeſcentē cōprimere. Non tibi ſuccurrit, quanto duriora pro te tulerit Chriſtus? Quid eras qum ꝓ te impēderet animam precioſam? Nonne inimicus? Qua lenitate quotidie te tolerat veteres iterantē noxias? Poſtremo qua manſuetudine ille pertulit probra, vīcula, v̄bera, deniqȝ mortem probroſiſſimam? Quid te iactas de capite, ſi non curas eſſe in corpore? Non eris membrū Chriſti, niſi ſequeris veſtigia Chriſti. Sed indignus eſt, cui ignoſcatur. Ita ne tu dignus eras, cui ignoſceret deus? In teipſo vis experiri miſericordiam, & in fratrē vis exercere ſeueram iuſticiam? Magnum eſt ſi peccator ignoſcas peccatori, qū Chriſtus pro crucifixoribus ſuis orauit patrē? Arduū eſt non referire fratrem quem iuberis & amare? Durū eſt non remetiri maleficium, pro quo niſi beneficiū retuleris, non hoc eris in conſeruū tuū, quod fuit Chriſtus in ſeruū ſuū. Poſtremo ſi indignus hic cui beneficium pro maleficio rependat, at tu dignus, qui facias, dignus Chriſtus ꝓ quo fit. Sed veterem ferendo iniuriā inuito nouā, Repetet iniuriam, ſi hanc abſtulerit impune. Si

Matth 6.

Luce. 6.

Joan. 10.

Membrum Chriſti non eſt qui non ſequitur veſtigia Chriſti.

I. corin. 12.

Ephe. 5.

Luce. 24.

Pniuria an ꝓ ulſanda.

Matth 18.

citra culpã potes vitare: vita: ſi mederi: medere: ſi reſarcire: re
ſarci. Si ſanare furentẽ: ſana. Sin minus: pereat ille ſol⁹ poti⁹ ꝙ
tecũ. Iſtũ qui ſe damnũ dediſſe putat: cõmiſeratione non pœ-
Pſ. 4. na dignum puta. Vis cũ laude iraſci? Iraſcere vicio: non ho- Iraſcĩ quate-
mini. Sed quo natura ꝓpenſior es ad hoc vitij: tãto diligenti⁹ nus licet.
temet multo ante pręmunito: ſemel hoc decretũ pœnit⁹ anĩo
inſculpas tuo, ne quid vnꝗ; vel dicas: vel facias iratus. Nihil
tibi crediderís cõmoto. Suſpectũ habeto quicqd impetus ille ¶ Nota bñ.
animi dictauerit: etiam ſi ſit honeſtum. Memineris inter phre
neticum: & ira bacchantem: nihilo plus intereſſe: ꝗ inter bre-
uem & perpetuam inſaniã. Succurrat, ꝙ multa per iram vel Ira breuis
dixeris, vl' feceris pœnitenda: quæ iam fruſtra mutata cupias inſania.
Proinde qum tibi bilis efferueſcit: ſi te non potes ilico totum
ab ira vendicare: ſaltẽ eatenus reſipiſce: vt te memineris ſanũ
non eſſe. Hoc meminiſſe ſanitatis pars eſt nõnulla. Sic tecum
cogita. Nunc quidẽ ita ſum affectus: at paulo poſt multo alia
mente fuero. Qur ego interim dicã in amicũ iratus: qd' poſ-
tea placatus mutare non queã? Qur nunc faciã inſanus: qd'
mihi redditus magnore doleam? Qur non hoc potius a me
impetret ratio: qur non impetret pietas: deinꝗ; qur non im-
petret Chriſtus: qd' tempus ipſũ paulo poſt impetrabit? Ne-
mini (opinor) tantum atræ bilis addidit natura: quin ſaltem
hacten⁹ ſibi poſſit imperare. Omniũ autem fuerit, ſic inſtitu-
to: ratione: aſſuetudine durare animũ, vt omnino nõ como-
ueare. Perfectũ erit: ſi vicio tantum indignat⁹: pro cõtumelia
reponas officium charitatis. Poſtremũ & humanæ temperã-
tiæ: ne te totum anĩo permittas Prorſum nõ iraſci, deo ſimilli-
Ro. 12. mũ eſt: eiꝗ; pulcherrimũ. Malũ in bono vincere, eſt ꝑfectam
Chriſti Ieſu charitatẽ æmulari. Irã premere frenoꝗ; coercere:
hoĩs eſt cordati. Indulgere bili: ne hominis quidẽ eſt: ſed pla-
ne ferarum: id immitiũ. Qd' ſi iuuat cognoſcere: ꝙ vehemen-
ter ſit indecorũ homini ab ira ſuperari: fac ſanus qũ es: vultũ
irati cõtẽplere: aut ipſe iratus ſpeculũ adeas. Qũ ſic flamman
tes ardent oculi: pallent genæ; diſtorquẽ os: ſpumant labia:
M

tremũt membra: fremit vox: non conſtant ſibi geſtus: quis te existimet hominẽ eſſe? Vides amice ſuauiſſime q̃ immẽſum pateat æquor: de reliquis vicijs conſimili modo diſſerendi. Sed nos medio in curſu vela colligem⁹: id qđ reliquũ, eſt tuæ ſolertiæ relicturi. Neq̃ enim propoſiti noſtri erat: & ſane q̃ infinitum fuerit: ita vt cœpimus: ſingula viciorũ genera ſingulis quaſi declamationib⁹ diſſuadere: atq̃ ad his oppoſitas virtutes adhortari, tantum volui: quod tibi ſatis fore credebam: rationẽ & artem quandam nouæ militiæ cõmonſtrare: qua te poſſes aduerſus priſtinæ vitæ repullulantia mala cõmunire. Itaq̃ qđ nos in vno atq̃ altero exempli cauſa fecimus: id teipſum oportebit facere: quum in ſingulis: tũ potiſſimũ in his: ad quæ cognoueris te: ſiue naturæ: ſiue cõſuetudinis vicio peculiariter inſtigari. Aduerſus hæc certa quædã decreta ĩ albo mentis noſtræ deſcribenda ſunt: atq̃ ea ne deſuetudine obſoleſcant: ſubinde renouanda. Veluti contra malũ obtrectatõis: turpiloquij: inuidentiæ: gaſtrimargiæ: & id genus reliqua. Hi ſoli ſunt hoſtes militum Chriſtianorũ: in quorum aſſultum: oratio: ſententijs ſapientum: dogmatibus diuinæ ſcripturæ: exemplis piorum hominum: et maxime Chriſti: multo ante eſt præmuniendus animus. Hæc omnia tametſi nõ dubitem: quin affatim tibi ſuppeditatura ſit ſacra lectio: tamen fraterna charitas nos eſt adhortata: vt ſaltem hac extempali ſcriptiuncula pro mea virili ſanctum tuũ propoſitũ promouerem adiuuaremq̃. Id quod eo feci maturius: qđ nonnihil metuerẽ: ne in ſuperſtitioſum iſtud religioſorum genus incideres: qui partim queſtui ſeruientes ſuo: partim ingenti zelo: ſed nõ ſecũdum ſcientiã: circumeunt mare & aridam: & ſicubi nacti fuerunt hominem a vicijs ad meliorem vitã iam reſipiſcentẽ: eum ilico improbiſſimis hortamentis: minacijs: blanditijs: in monachatum conanť detrudere: perinde quaſi extra cucullũ Chriſtianiſmus nõ ſit. Deinde vbi ſcrupulis meris: & inextricabilib⁹ ſpinis pectus illius expleuerint: ad humanas quaſdã traditiunculas aſtringunt: planeq̃ in Iudaiſmum quendam

Monachat⁹ nõ facile ſuadendus eſt.

Matth. 23.

præcipitant miſerum: ac trepidare docent non amare. Mo- nachatus non eſt pietas, ſed vitę genus: pro ſuo cuiq; corpo- ris ingeniuiq; habitu vel vtile vel inutile. Ad quod equidem vt te non adhortor: ita ne dehortor quidem. Hoc modo cō- moneo: vt pietatem neq; in cibo: neq; in cultu: neq; vlla re viſibili conſtituas: ſed in ijs quæ tradimus. In quibuſcunq; vero depræhenderis veram imaginem Chriſti: cum ijs te co- pula Porro vbi deſunt homines quorū conuictus te reddat meliorem: abducito te quantum potes ab humano conſor- tio: prophetas ſanctos: Chriſtum: apoſtolos: in colloqui- um aſciſce. In primis autem Paulum tibi facito familiarem. Hic tibi ſemper habēdus in ſinu: nocturna verſandus manu: verſandus diurna: poſtremo & ad verbum ediſcendus. In quem nos iampridem enarrationē magno ſtudio molimur: Audax quidem facinus: ſed tamen diuino auxilio freti: ſedu lo dabimus operam: ne poſt Origenem: Ambroſium: Au- guſtinum: ne poſt tot recentiores interpretes hunc laborem omnino vel ſine cauſa: vel ſine fructu ſuſcepiſſe videamur. Atq; vt intelligant calumniatores quidam: qui ſummam ex- iſtimant religionem: nihil bonarum literarum ſcire: quod po litiorem: veterū literaturam per adoleſcentiam ſumus am- plexi: quod vtriuſq; linguę Græcę pariter ac Latinæ medio crem cognitionem: nō ſine multis vigilijs nobis peperimus: non ad famam inanem: aut puerilem animi voluptatem ſpe- ctaſſe nos: ſed mlto ante fuiſſe pręmeditatos: vt dominicum templum: quod nonnulli inſcitia barbarieq; ſua nimis deho- neſtarunt: exoticis opibus pro viribus exornaremus quibus & generoſa ingenia poſſent ad diuinarum ſcripturarū amo- rem inflāmari. Sed hac tāta re pauculos dies intermiſſa: hūc laborem tua cauſa aſſumpſimus: vt tibi veluti digito viam quę compendio ducit ad Chriſtum: indicaremus. Precor aūt Ieſum iſtius (vti ſpero) propoſiti parentem: vt ſalubribus tuis Eph: 4 cœptis benign⁹ aſpirare digneť: imo vt ſuū in te mutando mu nus augeat pficiatq;: q̄ cito grādeſcas in eo: & occurras ī virū

Monachat⁹ nō eſt religio

Paulus ſemp in manu ha- bendus.

Literas bo- nas ignorare quidam fatui etiam theolo gi ſummam exiſtimant re ligionem.

perfectum. In eodem bene vale frater & amice: ſemper quidẽ animo dilecte meo: at nunc multo ꝙ antehac tũ charior: tum iucundior. Apud diui Audomari: ex monaſterio Bertinico anno a Chriſto nato ſupra milleſimũ quingenteſimo primo.

## FINIS ENCHIRIDII.

## DESYDERIVS ERASMꝰ ROTERODAMVS IOANNI COLETO THEOLOGO DOCTISSIMO, FACVNDISSIMOQVE. S.P.D.

Lepida deprecatio laudis.

QVam præter meritũ nos ſuperioribus literis tuis laudaras doctiſſime Colete, tam his proximis immerentem obiurgas Quanquam non paulo æquiore animo fero reprehenſionem tuam. quã non mereor, quam laudes tuli tuas, quas non agnoſcebam. Nam accuſati, nõ ſolum ſine vitio noſmetipſos purgare poſſumus: verum etiam hoc citra culpam non facere non poſſumus. Cũ interim laudes accuratius refellere, hominis eſſe videatur laudum ieiuni auidiꝗ, neꝗ ſimpliciter id agentis, ne laudetur, ſed vt aut ſæpius laudetur, aut copioſius. Tu credo vtroꝗ in genere periculum noſtri facere voluiſti, & quid mihi placerem tanti viri præconio cohoneſtatꝰ, & quid aculeorum haberem, obiurgatiuncula irritatus. Conſtantiſſimus in amore ſis oportet, q quidẽ ſis in recipiendis amicis tam cautus, tam diligens, tam contabundus, tam explorans Verũ his tecum iocari libuit. Alioqui quam lætabar antea vel falſo laudari a viro omniũ laudatiſſimo, tam nunc admoneri gaudeo, ab amico ſynceriſſimo. Igitur poſthac pro tuo arbitratu, tuũ Eraſmũ vel laudato, vel obiurgato, modo quottidie literarũ tuarũ aliquid huc aduolet. qua re mihi nihil poſſit accidere iucũdius. Sed iã ad Epiſtolã tuã paucis, ne puer q literas tuas attulit, inanis ad te redeat. Quod neotericum hoc Theologo

rũ genus, qui meris argutijs & ſophiſticis cauillationibus inſeneſcit, tibi negas placere, nę tu mecum vehementer mi Colete ſentis. Non quod illorum ſtudia damnem, qui nullum omnino ſtudium non laudo, ſed cum ſola ſunt iſta, nec vllis antiquioribus, elegãtioribuſq; condita literis, eiuſmodi mihi vidẽtur, vt ſciolum & cõtentioſum hominem reddere poſſint, ſapientem an poſſint, viderint alij, Ingenium enim ieiuna et aſpera quadam ſubtilitate exhauriũt, neque vllo vegetant ſucco, neq; animant ſpiritu. Et quod omnium eſt maximum, Theologiam illam omniũ diſciplinarum reginam, ſic veterum facundia locupletatam ornatamq;, ſua balbutie & orationis ſpurciſſimæ ſordibus deuenuſtant, ſic Priſcorum ingenijs expeditam, ſpinis quibuſdam impediunt, inuoluentes omnia, dum omnia conantur reſoluere, quemadmodum ipſi loquuntur. Itaq; videas eam quæ quondam auguſtiſſima fuerit, maieſtatiſq; plena, nunc pene mutam eſſe, inopem, pannoſam. Illicimur interea dulci quodã, et illecebroſo morbo, nunquam ſatiatæ contentionis. Rixa e rixa naſcitur, & miro ſupercilio, de lana caprina digladiamur. Tum ne nihil inuentis veterum Theologorum adieciſſe videamur, ſatis audacter & certas quaſdã rationes præſcripſimus, quibus deus myſteria ſua peregerit. Cum interdum perfectius ſit credere fieri, cæterum quibus modis id fiat, omnipotentię dei permittere. Adde quod oſtentandi ingenij ſtudio, nonnunq̃, eiuſmodi quæſtiones agitamus, quas aures piæ vix ferant, cum quærim⁹, num deus potuerit diabolum, aut aſinum aſſumere. Fortaſſe tolerandum, ſi quis iſta tanq̃ acuendi ingenij gratia modice per ætatẽ attigerit, ſed in his tanq̃ ad ſcopulos Sirenæos, nõ conſeneſcimus modo, verũetiã immorimur, præ his nullas non literas cõtemnimus. Accedit ad hæc, quod noſtra tempeſtate fere ad Theologiæ ſtudium ſeſe applicant, literarũ omniũ principem, qui propter ingenium pigue paruũq; ſanũ, vix vllis ſunt literis idonei. Hæc autẽ dixerim, nõ de doctis ac probis Theologiæ ꝓfeſſionibus, quos in primis

Quis fructus ex Theologia ſcholaſtica.

Theologiam veterem obliterat.

Rixa e rixa naſcitur.

Rationes per quas de⁹ myſteria ſua peregerit præſcribunt.

Pingues & parũ ſani ſtudent Theologiæ.

ſuſpitio veneror'que', verũ de ſordido hoc, ac ſupercilioſo vulgo Theologorũ, qui præ ſe omnes omniũ literas pro nihilo ducũt.

Coletum laudat quod negotium ſuſcepit reſtituendæ Theologiæ.

Quo cũ hominũ genere inexpugnabili, cũ tu Colete dimicationẽ ſuſceperis, vt veterẽ illam ac verã Theologiã, iſtorũ ſpinis obſitam implexamq́ʒ, in priſtinũ nitorẽ ac dignitatẽ, pro tua virili reſtituas, prouinciã (ita me deꝰ amet) ſumpſiſti multis modis pulcherrimam, ipſius Theologiæ nomine pijſſimam, cũ omniũ ſtudioſiorũ, tum huius Oxonienſis florentiſſimę Academię cauſa ſaluberrimã, verũ (ne quid mentiar) & negotij & inuidię plenam. Quanquam negocij quidem difficultatem, tua cum eruditio, tum induſtria ſuperabit, inuidiam animi tui magnitudo facile negliget. Sunt & inter ipſos Theologos non pauci, qui tam honeſtos tuos conatus,

Coletus doctores habuit auditores.

& velint, & poſſint adiutare. Immo nemo nõ dextram iunxerit, cũ nullus etiam doctorũ ſit in hac celeberrima ſchola, qui tibi Paulinas epiſtolas publice iam triennium enarranti, non attentiſſimas aures prębuerit. Qua quidem in re vtrum magis laudanda modeſtia illorum, qua non verentur omnium διδάσκαλοι hominis ętate iuuenili, nullaq́ʒ doctoratus, vt vocant, autoritate prędit ἀκροαταὶ videri, an tua ſingularis tũ eruditio, tũ eloquẽtia, tũ morũ integritas, quã illi hoc honore dignã iudicant? Demiror aũt, non qđ tu tanto oneri ſuppoſueris hũeros, cui par eẽ potes, ſed qđ me nihili hoĩem in tam magnifici mũeris ſocietatẽ voces. Hortaris enĩ, immo pœne conuitio efflagitas, vt queẽadmodũ tu Paulũ, itidẽ ego vel priſcũ illũ Moſem, vel facundũ Eſaiã enarrans, hybernis his menſibꝰ frigẽtia (vti ſcribis) huius grymnaſij ſtudia coner

Feſtiuiter a ſe reijcit oblatã Eſaiæ enarationem.

accendere. Ego vero qui mecũ habitare didici, nec ignoro, quã ſit mihi curta ſuppellex, neq́ʒ doctrinę tm̃ arrogo, quę tãtis obeundis rebꝰ ſufficiat, neq́ʒ tm̃ ani robur mihi reor adeſſe, vt tot hoĩm, ſua fortiter tuẽtiũ, inuidiã queã ſuſtinere. Res iſta nõ tyronẽ, ſed exercitatiſſimũ requirit Imperatorẽ. Neq́ʒ vero me impudentẽ vocaueris, qui iſta recuſem, impudẽtiſſimꝰ

oīno futurus, ni recuſarē. Tu mi Colete parū prudenter facis qui (qd' ait Plaut⁹) e Pumice poſtules aquā. Qua tandē ego fronte docebo qd' ipſe nō didici? Qui frigus aliorū accēdā, ipſe tot⁹ tremēs horrēſcꝗ? Ipſa temeritate mihi magis temerarius videar, ſi ſtatī tanta in re vires meas pericliter, & iuxta Grecā παροιμίαν. ἐν τῷ πίτῳ τὴν κεραμειαν experiar. At expectarā, inqs, & opiniōe te falſū qreris. Tecū igit̄ ipē expoſtules oportet, haud mecū, Neqꝫ enī nos te fefellim⁹, quippe qui nihil iſtiuſmodi, vel ꝓmiſerim⁹, vel etiā oſtenderimus. Sed tu teipſū fefelliſti, qui mihi de me vera predicanti, credere nolueris. Neqꝫ vero huc appuli, vt Poeticas aut Rhetoricas lrās docerē, quę mihi dulces eſſe deſierūt, poſteaꝗ deſierīt eſſe neceſſarię. Hoc recuſo, quia min⁹ eſt inſtituto meo, illud qa maius viribus In altero obiurgas immerentē mi Colete, quippe qui ſeculariū (vt vocant) literarū profeſſionē nunꝗ p̄ me tulerim, ad alterū fruſtra hortaris, vt cui me nimis imparē eſſe cognoſcā. Quod ſi maxīe par ſim, ne liceat quidem. Nā mox Luteciā relictā repeto. Interim dū me partī hyems hic alligat, partī recēs ducis cuiuſdā fuga nō ſinit exire tuto, in hanc laudatiſſimā Academiā me contuli, vt vnū aut alterū menſem cū tui ſimilibus potius, quā cū Torquatis iſtis aulicē agerē. Tuis vero pulcherrimis ac diuinis conatib⁹, tātū abeſt vt velim aduerſari, vt me quoniā nondū adiutor ſum idoneus, ſedulum & hortatorē, & fautorem fore pollicear. Cæterū vbi mihi conſcius ero, adeſſe robur & vires iuſtas, accedā & ipſe tuis partib⁹, & in aſſerēda Theologia, ſi nō egregiā, certe ſedulā operā nauabo. Interī nihil mihi poſſit eſſe dulci⁹, quā (ita vt cœpimus) quotidie vel corā, vel per epiſtolas de ſacris literis inter nos conflictari. Vale mi Colete. Humaniſſimus preſul Richardus Charnocus hoſpes meus, communis mihi tecum amicus, iuſſit tibi ſuis verbis multam ſalutem aſſcribi. Oxonię e collegio canonicorum ordinis diui Auguſtini, quod vulgo dicitur ſanctæ Mariæ.

Neque vult Rhetoricas literas ꝓfiteri.

Robur iuſtū nactus adibit prouinciā reſtituendæ Theologiæ.

ERASMI ROTERODAMI ODE DICOLOS DISTROPHOS ALTERO VERSV HEROICO HEXAMETRO ALTERO IAMCICO DIMETRO.

DE CASA NATALICIA PVERI IESV DEQVE PAVPERE PVERPERIO VIRGINIS DEIPARAE MARIAE.

Ecquid adhuc ſequimur veterũ ſpectacula rerum?
　　Huc huc frequentes currite.
Hæc caſa/quæ lacera/& ſtat agreſtibꝰ horrida culmis
　　Nouum dabit ſpectaculum.
Quale nihil ſeculis proaui videre vetuſtis:
　　Nihil videbunt poſteri.
Hic cuius tonitru telluſq; tremiſcit & æther:
　　Teneris crepat vagitibus.
Hic orbis magni moderator maximus/infans
　　Virginea mulget vbera.
His ego non ſtabilis auguſta palatia Rhomæ
　　Fœliciora iudicem.
Non (operoſa licet) Solomonia templa: nec auream
　　Lydi tyranni regiam.
Salue clara domus cœloq; beatior ipſo:
　　Partus ſacrati conſcia.
Iure tibi Iouis inuidiant capitolia falſi:
　　Diuis ſuperba ſaxeis.
Aegyptus ſancta inuideat cunabula: monſtris
　　Finem datura turpibus:
Nec minus apta deo es: q hiantibus vndiq; rimis
　　Hymbres & Euros accipis
Q; lodicis egens: rigidoq; incommoda fœno/
　　Fœtus rubentes excipis.

Talia naſcentem decuere cubilia Chriſtum: vt
Qui dedocere venerit
Faſtum: nullaq; non ſuadentem turpia luxum.
Non hic renident purpuræ
Serta ve frondea: non imitantes fulmina tedæ:
Non menſa ſumptuoſior.
Nec ſtrepit officijs domus ambitioſa: nec alti
Fouent paupertatem thori.
Pannoſus iacet in duris præſepibus infans:
Diuinus attamen vigor
Emicat: & patrios vagitu diſpuit ignes.
Senſere præſentem deum:
( Q; q; licet ) puero iumenta tepentibus auris
Frigus decembre temperant.
Vpilio calamis ijſdem: quibus ante capellis:
Agreſte: ſed pium canit.
Aethereiq; chori volitant cunabula circum:
Vt menſibus vermis/apum
Degenerem ſimul ac pepulere examina regem/
Regi nouo/ fauentibus
Applaudunt alis: ſublimenq; agmine tollunt:
Sic turma cœlitum/duci
Circumfuſa ſuo/gaudens ſtupet: atq; iacentem
Pronis adorat vultibus.
Et natalicium ſonat ad præſepia carmen:
Coniunx pudicus interim
Fuſus humi: magnū trepidus veneratur alumnū
Porro puella nobilis
Pars bona ſpectacli/defixis hęret ocellis
Primumq;, ſeſe non capit
Sed ſuumq; ſtupens genetrix virguncula partum/
Nulli marito debitum.
At ſimul eiecit pietas, materna ſtuporem:
Prędulce pignus corripit:

Ac modo porrectis prohibet vagire papillis:
Modo tepente frigidum
Blanda ſouent gremio: paruiſqꝫ dat oſcula labris
Nunc pectori adprimit ſuo,
Nunc bleſo teneros inuitat murmure ſomnos,
Amabili inuicem modo
Lętam prole deo videas geſtire parentem:
Prolem parente virgine
τελοσ.

Lipſiæ ex ædibus Valentini Schumañ
Anno domini Milleſimo quin-
genteſimo vndeuigeſimo.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0135-1

136656

X 2203545

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0137-3

136 256

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-136546-p0138-8

# ENCHIRI-DION ERASMI ROTERODA-MI GERMANI DE MILITE

Chriſtiano, in quo taxatis vulgi ſupſti-
tionibꝰ, ad priſcæ religiōis pu-
ritatē, veteris eloquentiæ
lituo nos pro-
uocat.

Epiſtola eiuſdē ad Ioānem Coletū Theologum.

HIERONIMVS EMSER.

Rite bonas arteis cum relligione, vetuſtas
Contulit: at nobis littera ſola placet.
Scire volunt omnes hodie; bene viuere nemo.
Heu fruſtra ſapiunt, qui ſibi nil ſapiunt.
Qꝫ bene priſcorum calleis imitatus Eraſmus,
Pſalterium cytharæ commodat: ora lyræ,
Oris & argentum veſtiuit pectoris auro
Niliacaſqꝫ Deo, prædo ſacrauit opes,
Hic tibi emendus erit diſtractis omnibus vnus.
Tanqꝫ euangelico gemma reperta in agro,
Hic tibi Theſaurus Lector permaximus eſto
Ille tuo vigilet dormiat inqꝫ ſinu,
Hic tibi ſi placeat, Chriſto mihi crede placebis.
Et Chriſto ſapies: ſi ſapit ille tibi,

